Primum autem quod i scientia lo gica est cõsiderãdum vniuersale ẽ. quia si ratio predicabilis ð alijs fm ueritatem attendat̃. prope ⁊ uere predicari de alio non põt. nisi q̃ inest illi de quo predicat̃. Cum autẽ nihil insit si bi ipsi. hoc. n. fm intellectũ i'elligi non põt q̃ aliquid sit in se ipso. uel insit sibi ipsi ut di cit aristotiles in primo phisicorum. oportet q̃ omne quod inesse alij accipitur. aut insit ut natura essentialis aut accidens. Et per hoc q̃ inest sequitur de necessitate q̃ cõmu nicabile sit omnib⁹ quib⁹ inẽ significatum cõmunicabile ergo multis ẽ fm aptitudinẽ ⁊ in multis ⁊ de multis. omne autem quod sic inest. ⁊ hac ipsa de causa predicabile est. Ratio ergo ⁊ causa predicabilis ẽ q̃ sit vni uersale: Cum ergo prim⁹ actus rationis q̃ scientiã ignoti inuestigat per notum sit ordi natio predicabiliũ. ordinatio autem predi cabiliũ cognosci nõ potest nisi sciatur p quã rationem predicabile sit id quod predicat̃. que ratio sumitur ex hoc q̃ predicabile est. Est enim prius considerare predicabile fꝫ id quod predicabile ẽ q̃ꝫ cõsiderare ordinẽ predicabiliũ. Cum ergo ex hoc q̃ vniuersa le sit predicabile. sic oportet primo ponere sci entiam predicabilis. Si autem quis obici at q̃ etiam particulare de se ipso predicat̃ dicemus q̃ hec predicatio nõ perfectaꝫ ha bet predicationis rationẽ. ⁊ de hoc in sequẽ tibus in loco oportuno per tractabitur. Sic ergo ad predicabilium rationem ⁊ necessa rium ẽ ⁊ utile de vniuersali premittere tra ctatum. Uniuersale autem est quod cum sit in vno aptum natum ẽ esse in pluribus. ut in ante habitis ostensum est. Et per hoc q̃ in multis per aptitudinem est. predicabi le est de illis. ⁊ sic vniuersale ẽ qđ de sua ap titudine est in multis et de multis. Et hoc modo prout ratioẽ predicabilitatis ad logi cũ ptinet de vniuersali tractare. Quis lꝫ q̃ ẽ natura q̃dã et dr̃ a entis tractare de ipso pertineat ad methaphisicum. Predicare enim et predicari rationis est ordinantis et

componentis predicabilia scđm predicabi
lium propriam rationem. Predicabile au
tem sic acceptum prout est vniuersale quod
in multis et de multis. aut inest essentiali
ter aut accidentaliter. siue ut eēntia siue ut
accidēs. Si autē inest ut essentia. aut inest
ut tota essentia. aut ut pars eēntialis. si iest
ut tota formalis eēntia constat ꝙ ē species.
quia species totuz est formale eē indiuiduo
rum de quibus predicat̄. quia quicquid est
post speciem est de materia uel indiuiduan
tibus. Si autē ut pars essentialis. tūc aut ē
scđm potentiā i qua est eē per incoationez.
aut est pars scđm actum l quo est eē scđz ac
tum perfectum. Et priori quidem modo ē
gen⁹. secūdo uero modo est differentia. Si
uero inest ut accidens. aut inest ut accidens
nature quod de ipsius nature aptitudīe cā
tur ⁊ emanat. aut ut accidens cōmune qđ ē
accidens indiuidui. Et priori quidem mo
do est proprium. ⁊ secūdo modo est accidēs
uocatum. Et de omnib⁹ his tractare est ne
cessarium logico. ppter hoc ꝙ predicabiliū
considerat ordinem et predicatorū compo
sitionem. Qualiter omnia ista predicantur
per notam cōpositionis. ⁊ qualiter per hoc
uerbū substantiuum est significat̄ in sequen
tibus erit manifestū. sed hic tantū sufficiat
ꝙ quicquid predicatur. predicat̄ non ut per
sed ut idem scđm esse. Idem autē dico per
se uel per accidēs. De his igit̄ in hoc nostro
libro erit tractatus. nec cōsiderabimus hic
res ipsas quibus talia ad ordinem vniū pre
dicabilis referuntur. Hoc enim in libro pre
dicamentorū habent determinari: sed acci
dens ipsis rebus quo eorū primum predica
bilium generis habet nomen et rationem.
⁊ scđm speciei. ⁊ tertium differentie. quartū
uero proprij. quintū autem accidētis. Hoc
enim ad istius primi libri pertinet intentio
nem. per hoc enim accidētia diuersum mōz
accipiunt predicādi l quid uel i quale. Cūis
cōueniant omnia in hoc ꝙ q̄libet ipsorum
est predicabile. per quod etiaz sciētia ē vna
⁊ non multe. Diffiniri autez vniuersale ue
ra diffinitione non potest. quia per hoc ꝙ p̄
dicabile est đ multis. nō est vnius et eiusdē
rationis sed est dictū per prius ⁊ posterius
de illis de quibus ē per ambitū sue cōmuni
tatis predicatum illia. tractantes autē de
his modum et ordinē tenebimus porphirij.
ut duplex utilitas habeat̄ nostri operis. et
de vniuersalibus habeatur doctrina. et eti
am libri porphirij habeat̄ intellectus quez
scripsit ad quēdam Crisatorium suum di
scipulum. Cum autem sit duplex necessari
um. scilicet ineuitabile et utile ad eam que
est apud aristotilis libros doctrinā predica
mentorum. que ceteris doctrinis predica
mētorum ꝑexcellencior est nosse quid sit ge
nus. quid differentia. quid species. quid p
prium. ⁊ quid accidens. Secundum ꝙ hec
vniuersalia habent rationē predicabilium
oportet tractare de istis. Ineuitabile enim
est secunduz ꝙ rationem predicabilis opor
tet cognoscere ante predicabilium ordinez.
Utile est enim ꝙ adminiculū ē scire itentionē
generis ⁊ speciei ⁊ differentie ⁊ ppriij ⁊ acci
dentis. antequā determinet̄ đ his que i vno
genere ordinātur ut species. ⁊ antequā deter
minētur que ex vno genere diuidūtur p op
posita differētias. ⁊ antequā assignet̄ vniuſ
cuiusqz generia ppria et ipsa distinctio ge
nerum in substātia ⁊ accidentiuz genera de
terminētur. Est autē necessariuz ⁊ utile ad
diffinitionū assignationē: que oēs pnt pdi
cabiles sunt ex genere ⁊ differētiis cōstituū
tur. in quibus cauere oportet ne aliquod ac
cidētale ponatur. nō enim potest mutari ma
lum nisi cognitum. ut dicit boetius. Omni
no etiam necessarium ad demonstrationez
cuius medium scđm potissimū modū đmō
strandi diffinitio ē dicēs quid et propter qd.
Est enim talis diffinitio ut dicit aristotiles
demōstratio positione differēs. Necessari
um ē etiam et utile ad diuisionū scientiam.
quia omnis diuisio uel ē generis in species
uel totius l partes uel subiecti l accidentia.
uel accidentis in subiecta: uel uocis in signi
ficationes. Et patet ꝙ quedam in diuisiōe
sunt que sine doctrina istorū sciri nō possūt.
Quare scientia generis speci et differentie
proprij ⁊ accidētis amminiculum est ad scien
tiam diuisionum generis in species. et acci
dentis in accidētia. uel accidentis in subiec
ta uel subiecti in accidētia. Si autem non
ad omnem utilis est diuisionez. per hoc nō
remouetur quin sit ad diuisionem. Scienti
am autem diuisiōis nō habet etiam q vniā
ignorat diuisionis rationem. Cum ergo taz
utile sit hoc negocium istaruz rerum prout
vniuersalia quedam sunt. istarum quinqz
rerum prout in ratione sunt speculatiōe si
ue cōsideratione tentabo traditionem com
pendiosam faciens doctrinam monstrare.
Modus enim noster quasi introductorius
erit. ut peritis sufficiat. Ea autem que ab an
tiquis đ his dicta sunt colligemus. ⁊ q̄uis
in modo introductionis ab altioribus que
stionibus abstinendum sit. tamen propter
doctrine bonitatem etiam illas tāgemus.
Cum tamen in modo introductionis sint
ꝑspiciora facile ab imperitis itelligibilia me
diocria sint poti⁹ piectanda. ut facilior fiat i
structio. De vna. n. et eadē re subtili đmō
stratiōe ⁊ introductoria discretiōe pot tractari

Non.n.per cās altissimas ista hic demon
strabimus sed per similitudines et exēpla
de his faciemus instructionez.

E autē uidetur q nulla scia d his
sit que per logice pricipia determi
nari non pōt.sed oz q altissime sa
piētie principiis determinent. Prima qui
dem ē.an ista q̄ genera ⁊ species dicunt in
re subsistant.aut non quidē in rerū natura
sint subsistentia.sed i solis nudis purisqz in
tellectibus p abstractionez a rebus factam
sint posita. Et dico solis itellectibus p exclu
sionē rez.ita q non i rebus sint. Nudos aūt
dico itellectus ab apēditiis materie separa
tos.qui illoz tm̄ sunt que nunqz in materia
fuerūt. Que.n.i materia fuerūt.nō i nudis
sunt itellectib⁹.sz sunt i intellectib⁹ qui in
niuti sunt fantasie et sensui. Puros aūt uo
co intellectus ex parte itelligibilis ad qd in
hil mouet nisi solius itelligentie lumen.et
nō fantasma receptū. Sunt tn̄ q alii ea que
dicta sunt itei p̄tant dicentes q in solis itel
lectibus sunt illa quoad nos q̄ ut sint.⁊ quo
quomō eē hēant.solus facit intellect⁹. Et ta
le eē in intellectu vlia hēre dixerūt illi quo
cabant noiales.q cōitatem ad quaz p̄ticula
ria vlium i de qbus ipsa vlia referunt tm̄ i
itellectu eē dicebāt. Nudos aūt noeant itel
lectus qui ad sensibile qd accipiunt.nō hūt p̄
scriptos illius q disponant intellectum ad
speculationē eoz que in ipso sunt.sicut intel
lect⁹ ꝯclusionū p̄scriptū q̄rit hitū pricipioz
per quem fit conclusio ⁊ intellectus princi
pioz p̄scriptū sibi querit hitū notitie ter
minoz.⁊ sic de aliis. Puros aūt dicunt in
tellectus q mediante fantasmate non acci
piunt. Sunt aūt adhuc q hoc referūt ad itel
lectum causantē et cognoscentem ista.q est
itellectus intelligētie illius que tradidit sup
itellectuale aiē nr̄e. Et dicūt q in solis intel
lectibus sunt que eē non hūt nisi in lumine
illius itelligentie. Et sunt alii qui dicūt vlia
non nisi ydeale hēre esse fm q vlia sunt.et
non eē res coniunctas materie sed implere
oēm materiā suaz imaginibus p̄ticulariū.
sicut vnus masculus multas implet femi
nas. Hi aūt nudos dicūt itellectus separa
tos ab imaginib⁹ quas imprimāt in mate
riam. Puros aūt dicunt eo q impuritati
naturaliū principioz in causando non p̄mi
scent.sed ex suo lumine producunt formas
vles.que p distātiā ab ipsa impuritati ma
terialium principioz p̄miscent.et tūc p̄ticu
lantur ⁊ determināntur. Nōnulli ēt dixerūt
q multiplicatio ista nō ponitur nisi ad exp̄s
sionē eiusdem rei p uel boz quādaz inculca
tionē. Ab his ergo q̄ōnibus et aliis que cir
constant illas que determinari non pōt nisi

per principia quibus determinari hz intel
ligētia in natura ⁊ illuminatio abstinebi
mus. Quis.n.tangemus eas ut sciant que
sunt. Cum per hui⁹ scie principia discuti et
ad plenum determinari nō possunt.eo q sa
pientie prime quo ad altissimam eius p̄tez
ē huiusmōi negocium.et iō maioris et subti
lioris egens est inquisitiōis. Illud uero qd
d his ex p̄babilibus scire utile ē logico i isto
libro tentabo monstrare.colligens proba
bilia ex antiquoz dictis. Et precipue dic
ta sequens peripateticoz.que secta in phia
p̄babilissima mihi uidetur. Secūda ue
ro qd est a qua hic abstineo.q si dēt q subsi
stant in re extra intellectum.utrūz sint subsi
stētia corporalia an icorporalia sint. Ter
tia qd est.utrum sint in sensibilibus singula
ribus suis posita scdz eē.an sint extra singu
laria in reb⁹ solis methaphisicis sicut dixis
se plato refertur. Hoc.n.per rōnes logicas
ad plenū sciri non poterit.sz methaphisico
determinanda relinquntur. Tres igit̄ sunt
iste questiōes de vlibus. Prima quidē de
eē ipsorum. Secūda de quiditate eorūdez.
Tertia uero de cōparatiōe ipsoz ad sua p̄ti
cularia. Et iō q̄uis he q̄ōnes de oibus sint
vlibus uel eē possint.tamen de generibus
et speciebus ista precipue querūtur trib⁹ de
cāis.quaz vna ē.q: ista cum predicentur in
quid per se eē significātur. Alia autem vni
uersalia cum predicētur in quale significāt
eē in alio.⁊ ideo minus per se eē uidentur.
Secūda ratio ē.quia alia tria in istis esse si
gnificātur.differentia enim in genere est po
testate.⁊ in specie scdm actum.p̄prium au
tem in specie et genere sunt uere accidēs.acci
dens autē cōe in indiuiduo. Tertiam ratio
nem.quidam dicunt q omnia alia ad rātio
nes istorū referunt. Est.n.quoddā differen
tiarum genus cuius species sunt differētie
speciales.et similiter ē in propriis ⁊ accidē
tibus.sed hec ultima ratio parui ualoris ē.
prima aūt rō optima.et secūda bona.et fm
itentiones eorum qui hec dicebāt sumpta.

Uamuis autē hec determinata sint
supra uires logice.eo q oportet in
his uti rōnibus sumptis ex princi
piis entis fm q ē ens.ex quibus cognoscitur
tur quid sit subsistens i itellectu solo nudo ⁊
puro.et aliā subsistentiā non habet. Et qd
est subsistens extra intellectū in natura fm
eē cōpletum. Ad quod nō sufficiūt rationes
logice.tamē p̄pter bonitatem doctrine.et
ne sit suspēsus lectoris animus hec aliquā
tulū explanare tentādum est. Ad questionē
ergo primam difficultates maiores que du
bitationem pro parte faciunt sunt inducen
de.ut uisa rōne dubitationis melius intelli-

gat veritas soluta dubitatione. Est ergo qd
prima vtrū vniuersalia ⁊ pcipue genera et
species que quidē significāt subsistāt in natu
ra secundum eē seperatū ab itellectu. an tñ
quidē sic subsistāt. s₃ in solis nudis purisq₃ i
tellectibus posita sint. ita ꝙ seperatū nō ha
beāt esse. sed tñ sint accepta ꝓut sunt rati
ones ⁊ itentiones i mente ⁊ lumine itellect⁹
accepte. Sic ergo explicata q̄one hij qui di
cūt in solis nudis purisq₃ itellectibus posita
esse septē pro se fortiores iducunt rōnes.
Dicūt eni₃ ꝙ Boetius ⁊ Aristotiles ⁊ Aui
cena dicūt ꝙ omne qd seperatū in natura ē
idem est ꝙ vnum numero. vniuersale autē
ꝙ est genus ⁊ species nō vnū numero est eo
ꝙ vniuersale est vnū i multis ⁊ de multis.
quod autē est vnum i multis ⁊ de multis se
peratū nō est a multis. ergo ipsu₃ seperatū
nō ē: nō ergo vnū numero ē. ⁊ si vnu₃ nume
ro nō est sequit̄ ipsum nō esse. ergo vniuersa
le seperatū nō est. Si ergo aliquo modo est
nō nisi i solis nudis purisq₃ itellectibus est
in solis quidē q₂ i re nō est. nudis autem q₂
vl'e denudatū est a fantasmatibus puris au
tē q₂ nisi purū itelligētie lumē est nulli com
permixtum materie sensibili. Secundā addu
cūt rōnem. dicūt enim ꝙ oē quod seperatu₃
i natura est. seperatum habēs esse extra in
telligētiam hoc aliquid est. Et hoc quidem
dictū est Aristotilis ⁊ Auicene ⁊ probatur ꝑ
inductionē. q₂ vniuersale nō est hoc aliquid
sed quale quid. ergo vniuersale i natura exi
stēs nō est. Si ergo est. o₃ ꝙ in solis nudis
purisq₃ itellectibus sit. Tertiam adducūt
rōnem si omne qd est secundū esse seperatū
i natura particulare ⁊ in diuiduū est. ut oīs
forma que est in indiuiduo idiuidua est. siue
sit substātialis siue accidētalis. idiuiduatur
enim per materiā que omnis idiuiduatiōis
pricipiū est ⁊ causa. vl'e autē ponitur esse in
suo particulari ut in subiecto. ⁊ substātia in
qua subsistit. ⁊ que sibi substat ut dicit Ari
stotiles i predicamentis. vniuersale ergo si
subsistat extra intellectū in suo particulari
particulare est. qd absurdū est q₂ particular̄
nec est in multis nec de multis est. vniuer
sale autē est in multis ⁊ de multis. Quarto
ad idem inducūt ꝙ Aristotiles in prima ꝓ
bat ph'ia multipliciter ꝙ in eodem idem est
esse vniuersalis ⁊ ꝑticularis q₂ aliter homo
esset duo ⁊ nō vnū. Si ergo vniuersale esse
habet vnū cū esse ꝑticularis hoc esse secun
dum ꝙ in particulari est particulare. Et ꝑ
ticularis esse est nō esse de multis ⁊ in mul
tis. hic enim homo singularis ē ⁊ nō i mult̄
⁊ de multis a destructione ꝯñtis arguitur.
Si vl'e secundū suū esse in multis ⁊ de mul
tis est. vniuersalis esse nō est esse particula
ris. est autē esse particularis si extra est er
go nō extra in natura est. sed i solis nudis
puris intellectib⁹ est. q₂ aliter vl'e nullo mō
esset ꝙ valde iconueniens est. An uero vni
uersale sit nunq̄ aliquis dubitauit. Et ideo
antiqui nō querebāt an vl'e sit uel non sit. s₃
querebāt an vl'e extra intellectū seperatum
in natura sit. an in solis nudis purisq₃ itel
libus positū sit ⁊ fūdatū eo q₂ extra intellec
tū sit in rerū natura. Quinto opponūt dicen
tes que Auicena dixit ⁊ Algazel. ꝙ vl'e qd
est genus vel species si extra itellectū ē aut
cepit esse aut nō cepit esse. Si dicat̄ q̄ non
cepit esse sequit̄ ꝙ eternū sit quod esse nō po
test. cum causam hēat itelligētie lumen qd
facit ⁊ dat oēs formas. Si autē cepit eē aut
cepit esse a seipso aut ab alio. nō autē cepit
esse a seipso q₂ nihil incipit a se cum plato di
cat ꝙ nihil est cuius ortum ligitima causa
nō precesserit. Si autem ab alio cepit. per
actū agētis cepit nihil autē fit ꝑ actū agētis
nisi particulare ⁊ indiuiduū. q₂ oīs actus cir
ca ꝑticularia est. ergo vl'e particulare ⁊ idi
uiduū est. destruamus ergo ꝯsequens dicen
tes ꝙ vl'e particulare ⁊ indiuiduū nō est si
cut iā superius ꝓbatū est. ergo vl'e nō cepit
esse nec in eternū est. ergo vl'e nō est in natu
ra sed in itellectu est. Sextū qd i assertione
sue inducūt opinionis est. ꝙ i arte que natu
rā imitat̄ duo eē vident̄ i forma artis. Si
enim considerēt̄ secūdū ꝙ in artifice est cōis
⁊ ad oīa que sunt eiusdē generis ⁊ speciei. q₂
in artifice est ꝑ modū artificis. Et sicut vn⁹
est artifex valens producere multa artificia
ta. Ita forma i artifice cōe exemplar est ad
oia in quibus illa forma pōt exēplificari. qñ
autē extra artē artificis est in materia artifi
ciata ꝑticulata ē ⁊ nulli pōt esse cōis nec ali
quā habet aptitudinē ad hoc ꝙ in alio ⁊ de
alio sit. Similiter autē i formis naturalib⁹
esse videt̄. In his enim itelligētia est ut arti
fex ⁊ forma naturalis ⁊ forma in rebus. si
cut forma artis i materia artificiati. videt̄
ergo ꝙ si vl'e cōe est ⁊ aptū natum esse i mul
tis ꝙ hoc nō habeat nisi scd̄m ꝙ est i intelli
gētia que cōis artifex est vl'e. ergo ut vl'e est
nō est nisi qd in solis nudis purisq₃ itellecti
bus est. Septimo ēt ꝑ hoc confirmāt hoc ꝙ
dicūt ꝙ in libro de causis multipliciter ꝓbatū
est ꝙ res in causa nō est nisi per modū ⁊ vir
tutē effecti ꝑ causā. i effectu autē causa nō est
nisi per formā quā i effectū causa ꝓducit. q₂
omne ꝙ de potētia ꝓducit̄ ad effectū nō ꝓ
ducit̄ nisi per id qd est in effectu. tam i vni
uocis accidentibus quā in equiuocis. q₂ equi
uoca ad vniuocas reduci necesse est. forma
igit̄ prime itelligētie agētis i his ꝙ effect⁹ ē nō
ē id nisi ꝑ ꝓductionē ⁊ ꝟtutē effect⁹. effect⁹ āt

indiuiduus ⁊ singularis ē. ergo forma siue substātialis siue accidētalis in effectu proce dēs ab itelligētia indiuidua ē ⁊ singularis. Ule ãt nec indiuiduū nec singulare ē. Ule ergo in effectu nature extra intelligētiā ꝓce dens non ē. In solis ergo et nudis purisq3 itellectibus positum est. Hec sunt que ut for tiora inducūt. q vlia in solo itellectu posita eē concedunt. Et iō dicūt aristotilē dixisse ꝙ vle ē dū intelligit. singulare ãt ē dū3 extra sentit. E cōtra ãt illi qui vlia dicūt eē res ex tra itellectum exñtes ꝓ se fortiora inducūt septē. qbus maxie innitunt. Quorū primū ē ꝙ hic hō non ē nisi a simplr hoīe. et eadē rō ne alius hō non ē nisi a simplr hoīe. ⁊ sic de oībus aliis. non aūt pōt hō eē nisi ab eo qd ē scdm rem i natura extra itellectū exñs sim pliciter. ꝓp qd dr hō dignissimū creaturaꝝ. Si. n. hoc cōuenīret huic hōi sm ꝙ hic hō non conuenīret alij. similr ꝙ hō est rōnalis non ꝯuenit huic sm ꝙ hic. qz tunc alii nō cō uenīret. ergo conuenit sm ꝙ hō. ergo hō s3 ꝙ hō et non hic hō ē aliquid i natura preter itellectum exñs. Eadem rō ē de aīali sm ꝙ aīal. Secūdum ē ꝙ sicut dicit aristotiles in pricipio primi phisicoꝝ. eadem sunt quib9 res ē. ⁊ quibus cognoscit ⁊ scit. non ē ãt scia nisi de vli ⁊ per vle. ergo res non ē nisi per id qd vle ē. scia. n. non ē nisi de rebus et per res. precipue in phisicis. ergo vlia sunt res extra intellectū. si. n. eēnt in itellectu tm̄. es sent rerū intētiones ⁊ nō res ipse. Tertio in ducunt ꝙ forma que dat eē non h3 esse a ma teria. quāuis sit i materia. sed h3 eē ab agē te sm formam ⁊ agente vniuoco. et sm ꝙ ē ab agente uere ē ⁊ ē extra intellectū. ⁊ tñ nō ē hoc uel illud. sed ē simplr. Sed vle ē qd sm se non ē hoc uel illud. sed est simplr cōi cabile factū hoc uel illud. ergo vle simplr et sm se separatum ab agente ⁊ in natura exi stens ē. quāuis non sit hoc uel illud. vle er go simplr ē. ⁊ magis ē ꝗ ꝑticulare siue hoc uel illud. Et hec sunt obiectio platonis. qui dixit vlia esse formas. Quarto adducūt. qz id qd ē ab agente formaliter uere ē in natu ra. ⁊ tñ de eē suo formali nihil h3 a materia sed ab eo qd ē in materia. h3 qd ē forma hu ius uel illius. Ens autē uere ab agente non sm ꝙ ē huius uel illius uerissime h3 esse in natura ex agente formalr. qz vno mō se h3 ad oīa que ab eo exēplificant. qd ergo sic est uerissime ē apud naturam. qz eē suum non ē ab aliquo obnubilatum uel uariatum. for ma aūt sm ꝙ vno mō se h3 ad oīa particula ticularia sua sic ē. et tale h3 esse. hoc autem modo ē vle. ergo vle uerissime ē in natura ⁊ uerius ē ꝗ particulare. Quīto inducūt ꝙ forma dat eē rei et speciei et rōne. et natura

non est nisi lumen intelligentie terminatum ad hoc. ⁊ incorporatum isti. qd ergo dat esse et rōnem. aut h3 ab hoc quod est incorpora tū isti. et terminatū ad hoc. aut non. Cōstat aūt ꝙ non h3 clare eē et rōnem sm ꝙ est ter minatū ad hoc. ⁊ sm ꝙ ē icorporatū isti. qz hoc accidit isti. ⁊ ab hoc accidēte non pōt hē re actum substātialē. h3 ergo ab hoc quod ē lumen itelligētie. quē ē dās eē in natura. nō ãt dat eē i natura nisi ꝙ uere i natura ē. er go forma q̄ dat eē in natura uere i natura ē extra itellectū. sicut forma artis non dat ar tificiato eē in genere ⁊ specie artificiati. nisi sm ꝙ i artificiato uere ē et extra intellectu3 artificis. quāuis hoc quod dat eē artificia to non hēat ab eo sm ꝙ in artificiato ē. s3 h3 ꝙ ē ab artifice. Sexto adducūt ꝙ lumē fa ciens colores non amittit aliqd per hoc ꝙ ē i corpore terminato. nec aliqd accipit essen tie uel uirtutis ad agendū. ꝗuis ei quod cō stituitur per ipsū multa accidant per hoc ꝙ ad hoc uel id terminat. ergo similr lumen itelligētie. quod de se formas largitur. non amittit id qd de se uel ab efficiēte h3 ꝑ hoc ꝙ ē in isto uel in illo. nec aliqd accipit essētie uel uirtutis ab hoc ꝙ terminat ad hoc uel illud. quāuis ei ꝙ cōstituit ab isto multa cō ueniāt sm ꝙ lumen istud constitutēs agit in hoc uel illo. sic aūt uirtutē cōstituendi hñs ē uere in natura. et non sm ꝙ ē in isto uel in illo. hoc ãt dicit exñs simplr ⁊ uerissime et ex natura vnā aptitudinem hñs ad oīa qui bus dat eē ⁊ rōnem. hoc ãt ē genus et spēs prout sunt vlia. genus ergo et species vlia uerissime sunt i natura. Septimo iducunt ꝙ id qd sm naturā ⁊ uirtutem est aū rem. ab eo ꝙ ē p9 ipm. nec eē accipit. nec vnitatē uel multiplicationem sm seipm. nisi scdm eē qd h3 in isto uel illo qd p9 ipm est. vle ãt sine forma que ē rei eē et principium ē ante i ē scdm eēm ⁊ nature ordinem. ergo ab eo i quo ē. nec accipit esse nec vnitatem nec mul tiplicationē scdm ꝙ ipsum ē in se. quāuis multiplicet tm̄ scdm esse qd h3 in isto uel il lo. Si ergo in se accipiat. nihil horū h3 ab eo i quo ē. scdm se ipm ãt acceptum uerissi me est qz scdm se acceptū non h3 hoc ꝙ nō sit nisi i intellectu. quāuis ab itellectu cogno scente ⁊ causante. scdm se ergo acceptū ue rissime ē res in natura simplici exñs. sic ãt vle est aptitudinē hñs ad oīa sua singularia vle ergo uerissime ē ⁊ res in natura ē. etia3 absq3 eo ꝙ i intellectu solo puro et nudo sit acceptum. Ecce hec fortiora sunt que illi ꝓ vna parte et alia inducūt in suarū assertio nē opinionū. Nos ãt quātum sufficit pñti in tentioni ista soluentes dicimus ꝙ vle impli cem h3 cōsiderationē. s. scdm ꝙ in se ipso est

natura simplex ⁊ inuariabilis. Et scd̄m ꝙ re
fert ad itelligētiam. Et secūdū ꝙ est i isto
vel i illo. primo quidē modo simplex ē na-
tura que dat eē. ⁊ rōnem ⁊ nomē. ⁊ verissimū
est inter oīa que sunt nihil habēs aliene na-
ture admixtū. nec ꝯdictione aliene nature
variatū. Per hoc autē ꝙ est in isto vel i illo
multa accidūt ei secūdum esse quorū primū
est ꝙ ē particulatū ⁊ īdiuiduatū. scd̄m ꝙ est
multiplicabile vel multiplicatū. terciū autē
ꝙ est incorporatū. ⁊ habēs i se diuersas pas
siones quibus ē subiectū. ⁊ alia huiusmodi i
finita quia materie īfinita accidūt. per hoc
autē ꝙ est in itellectu dupliciter ꝯsiderat̄. s. āt
scd̄m relationē ad itellectū itelligētie prime
cognoscētis ⁊ causantis ipsū. cuius illa natu
ra simplex radius quidā est. Aut secūdum
relationē ad itellectū p abstractionē cogno-
scentē ipm. Et primo quidē modo accidit
ipsi radiꝰ ⁊ lumē itelligētie agētis eē: ⁊ sim
plex ⁊ purū eē. ⁊ im materiale ⁊ immobile ⁊
incorporale ⁊ icorruptibile. ⁊ pfectibile itel-
lectus possibilis. ⁊ eiusdē possibilis itellectꝰ
eē motiuū ad actū. sicut color mouet visum
ad actū scd̄m actū lucidi quod ē in ipso. qū se
cundū actū color ē. Secūdū autē relationē
quā habz ad itellectū cognoscētem nō cau
santē. habz ꝙ talis itellectus secūdū ꝙ ab
strahit ipm. agit i ipso. vniuersalitatē. quaz
de natura sua ante habuit. p hoc ꝙ seperat
ipsum a materia ⁊ materialibus iduiduātī
tibꝰ: ⁊ sic itelligit̄ qd̄ dicit Aristotiles ꝙ vl'e
est dū intelligit̄. particulare vo dū sentitur
Et illud Auicene dicēs ꝙ itellectus i formis
agit vniuersalitatē. Et hoc est qd̄ dixerunt
antiqui triplices esse formas ante rē. s. que
sunt forme secundum se accepte principia re
rum existētes. ⁊ i re siue cū re ipsa q̄ sūt formi
ersis i ipis dātes eis nomē ⁊ rōnē p id ꝙ sunt
apte eē i multis ⁊ vl'es nō tamē secundū ꝙ
sunt i illis. secūdum enīz ꝙ sunt i illis ꝑticu
larizate ⁊ induiduate ⁊ ad singularitatem
ducte sūt. Sunt ēt forme post rem que sunt
forme per abstractionē itellectus ab indiui-
duātibus seperate. ⁊ in quibus itellectꝰ agit
vniuersalitatē. Et prime quidē substātialia
rerū pricipia sunt. Secūde autē rerū substā
tie. tertie autez accidētia ⁊ qualitates. que
note rei ū in aīa accepte vocant̄ ⁊ dispositio
nes vel habitus. His ergo supra prelibatis
dicimus ꝙ vl'ia. hoc est nature que vl'ia vo
cant̄. scd̄m se accepta sunt ⁊ verissime sunt.
īgenerabilia ⁊ icorruptibilia ⁊ inuariabilia
sunt ēt extra vel ꝑt intellectū solū inducz et
purū sicut in ꝯtradicibiliter probāt secunde
iducte rōnis. Secūdum autē quodā esse in
rebus sunt. s. secūdum eē īdiuiduatū qd̄ ac
tu est i his que sunt vltimo. ⁊ in eē perfecto
ꝯstituta i natura. pp ꝙ illa res natura a phi
cis vocat̄. Adhuc autē secūdum quoddā eē
sunt i intellectu. ⁊ hoc dupliciter. s. i intellec
tu p cognitionē causāte ⁊ agēte. ⁊ in itellectu
cognoscēte p abstractionē ea per vniuersali
tatē agēte ⁊ educente. Ad id ergo qd̄ primo
medio pro pria parte opinionis iducit̄ ꝙ cū
dicūt Aristotiles ⁊ Boetius ꝙ omne qd̄ est
ideo est q2 vnū numero est. hoc itelligit̄ de
his que vltimo actu in natura pfecta sunt.
de illis autē verum ē. Sed vl'ia hoc modo
nō sunt. sunt enīz ut rerū pricipia ⁊ nō ut rei
vltimo actu i natura constitute ⁊ complete.
Aut sic itelligit̄ ꝙ vnū numero sit dictum a
numero vltimi eē vl' a numero essēne. Esse
enim ꝙ est vnū numero habet eē sue eēntie
sicut ⁊ vl'e vnū numero est vnū numero eēn
tie ⁊ nō duo vel tria. quāuis numerus ma-
terie ⁊ accidētis sit i multis ⁊ de multis. ⁊ h
accidit sibi ⁊ nō ꝯuenit ei scd̄m se. ⁊ sic itelli
git̄ qd̄ dicit̄ ꝙ participatione speī plures ho
mines sunt vnus hō. Similiter dicēdū ad
id ꝙ s̄o dicunt ꝙ illud ꝙ seperatū habet eē
extra itellectū in natura ē hoc aliquid. q2 se
peratū eē habere dicit̄ duobus modis. vno
. s. modo quo seperatū esse habz id qd̄ in se
habet esse nō depēdens ad aliquid ad hoc
ꝙ esse habeat ꝙ sit extra ipsum. ⁊ sic nō ē ge
neraliter vl'm qd̄ dicunt q2 vl'e sic seperatuz
habet eē in natura. ⁊ tn̄ nō est hoc aliquid.
Alio modo seperatū esse dicit̄ qd̄ in se est in
diuisum ⁊ ab alijs per discretionē diuisum
⁊ seperatū. ⁊ hoc modo generalit̄ vl'm est qd̄
dicūt. q2 sic nō nisi singulariter existia sepe-
ratū habēt eē. Ad id qd̄ tertio inducūt p di
ctū Auicene dicēdum ꝙ oē qd̄ est i idiuiduo
secundum ꝙ est i iduiduo singulare est. Sz
id quod i iduiduo est nō ꝓhibz esse vniuer
sale nō secūdum ꝙ est i iduiduo acceptum
hoc enim secūdum se acceptū nihil prohibz
esse quale quid ⁊ nō hoc aliquid. Si quis āt
sic obiciat. ꝙ est in iduiduo est in eo p mo-
dum iduidui. Indiuiduū autem est hoc ali
quid ergo illud quod est i iduiduo ē singula
re ⁊ hoc aliquid. nō valet argumentū quod
enim est i iduiduo non semper est i eo per
modū esse iduidui. sed aliquādo per modū
principij iduidui. Et nō oportet ꝙ hoc se-
cūdū id quod est i iduiduū ⁊ hoc aliquid
q2 potest eē quale quid. ⁊ ideo i argumento
paralogissimus est figure dictionis. quia in
terpetrat̄ quale quid ut hoc aliquid. Ad id
autē quod quarto iducunt dicēdum ꝙ vni
uersale secūdum eē quod habet in singulare
nō habet aliud esse q̄z esse singularis. ⁊ hoc
probat Aristotiles contra eos qui dixerunt
formas vniuersales distinctum ⁊ diuisum eē
retinere preter esse singularis. et esse singu

laris sicut ex sigillo receptū eē seperatū ab il lo sicut seperatū est eē sigili ꝛ cere sigilate. ſʒ ꝙ id ꝙ est i singulari nō habeat esse natur e ꝛ principij nō scđm ꝙ est i singulari ſʒ scđm se acceptum nō ꝓbat Aristotiles q: hoc ē ue rū ꝛ necessariū i omni natura. Ad id qđ qui to obicit. dicēdum ꝙ essētie rerū secūduʒ ꝙ eēntie sunt nō icipiūt esse nisi ꝑ accidēs. ꝛ ꝑ aliud .s. icipiētibus esse his i quibus sunt. In his enim ꝑ ꝯsequēs etiā illa esse icipiunt. Et hoc nō accidit eis nisi secūdum ꝙ in illis sūt scđm se ipsa autē nec icipiunt nec desinūt eē secūdum naturā. sed sunt radij luminis itel ligētie vniuersalit agentis q̄ deus ē. que cū se ipsa sit agens nō est assignare ꝙ icipiat uel desinat nisi scđʒ ꝙ agit hoc uel illud i singu lari. Ad id autē qđ sexto inducitur. dicen dum ꝙ q̄uis forma artis habeat ꝙ exem plar cōe est ab hoc qđ a tali exiunt artifice tā ꝑticlā exiunt adhuc habʒ id qđ secūdum se vt forma artis accipit. ꝛ habet hec lignis ꝛ lapidibus q̄uis hec nō habeat scđm ꝙ exi stit i lignis ꝛ lapidibus. Et similiter de for mis naturalibus existētibus ab itelligentia Et ideo scđm se accepte sunt cōes ꝛ vniuer sales ēt que sunt i singularibus. q̄uis nō se cundū ꝙ sunt i singularibus hēant id. Si autē quis iferat dicens si nō scđm ꝙ sunt in singularibus habēt id ergo habent scđm ꝙ nō sunt i singularibus. est palogismus secū dū fallaciā diuisionis q: diuisim ifer ex eo ꝙ secūdum cōpositionē dictū fuerat. Ad id au tē qđ septimo ꝛ ultimo iducit dicēdum esse videt ꝙ omne ꝙ est i effectu scđm ꝙ effect⁹ e effectū sine esse habʒ ultimū secūduʒ ꝙ est i effectu illo singulare est. ꝛ sic itelligit ꝙ ꝓ batur i libro de causis. Sed id ꝙ ē in effec tu scđm se acceptū per modū pricipij. ꝛ cau se formalis ipsius effectus scđm se accepti. nihil prohibet de se cōicabile ꝛ cōe esse sicut iam sepius dictū est. Ea autē que scđo indu cta sunt puto de necessitate ꝯcludere.

Secunda autem questio est an vlia sint icorporalia uel corporalia. que ex platonicis inducta est sicut prīa dicebat enim plato mathematicas lineas ꝛ superficiē eē seperata quedā. ex quibus cor pora mathematica cōponunt. sicut omne diuisibile ex idiuisibilibus dicebat cōponi. accipiēs hec ab epicuris qui ante philosofa ti ceperūt. melissus autē ꝛ ꝑmenides talia dicebāt ꝛ quidā alij. Ex mathematicis au tem magnis ꝛ paruis omnem materialem di cebāt ꝯstare q̄ntitatem. Sue autem opinionis tres potissimas iducebāt rōnes. Quarū su it prima ꝙ videbāt ꝙ substātia tam mate ria q̄ forma de se ꝛ scđm ꝙ substātia est ꝛ se cundū se ipsam accepta idiuisibilis est sicut

expresse dicit Aristotiles i primo phicoꝝ. oʒ ergo aliud diuisibilitatis esse principiū idi uisibile. diuisibile autem nō est nisi quātitas. quātitas aūt ōis siue sit discreta siue ꝯtinua nō procedit nisi ab idiuisibili. Adhuc omnis species quātitatis nō procedit nisi ab idiui sibili proximo. q: vnūqꝙʒ genus ꝛ species causat ab aliquibus suis ꝯtituis principijs Corpus enim qđ omni modo diuisibile est nō pōt causari sicut ex proximo sue ꝯstitutionis pricipio ab eo omni modo ē idiuisibile sicut pūctus. uel ab eo ꝙ vno modo tm̄ diuisibile sicut linea. Sed oʒ ꝙ causet ab eo qđ ē plu ribus modis diuisibile. sicut superficies que nō ē idiuisibilis nisi i ꝓfundū. ſʒ in latū ꝛ lōgum diuisibilis ē. Et ex cōpositione vnius super ficiei cū alia fit diuisibilis i profundū. sicut pūctus ol modo idiuisibilis cōpositione pūc ti cū pūcto fit diuisibilis i longū. recto motu pūcti ꝯtinuū. pūctus enim ē substātia posi ta sine positionē habēs. ꝛ iđ motu suo icōti nuū facit linee posite diuisionē. Et silr̄ ē de superficie ꝯstituta a linea mota i latum. q mo tus lineā cōponit cū alia existēte vna primo mota i latū ꝯtinui qđ motu eius ꝯstituitur. Et similiter ē de corpore nō motu superficiei mote i ꝓfundū ꝯstituit. Et q: nō sunt plures situs ꝯtinui i quo aliquid idiuisibile moueri possit ad quātitatis ꝯstitutionē. Ideo nō sūt plures quātitatis cōtinue species nisi tres. ꝛ nō nisi tres diuersitates. Cū aūt materia sensibilis de se sit idiuisibilis ꝛ imobilis nō pōt eē quāti uel q̄ntitatis pricipiū. Materia enim de se nihil habet q̄ntitatis. oʒ autē ꝙ oē qđ est alicuius generis essētiale principiū sit aliquid illius generis. tam i genere sub stātie q̄ʒ in genere accidētium. Probatum ē autē in phicis ꝙ pricipia corruptibiliū sūt icorruptibilia ꝛ pricipia sensibiliū sunt isen sibilia. Quia aliter i pricipijs ꝛ priciplorum principijs iret i infinitū. Cōstat etiā ꝙ iste nature que simplices ꝛ vl'es dicunt corum sunt principia que sunt singularia. ut iā i an habita qōne habitū est ꝛ determinatū. Et hoꝝ materialiū ꝛ corporaliū nō possunt esse pricipia nisi sint corporalia ꝛ pricipijs quā titatis ꝛ determinata. Sequit ergo ꝺ neces sitate ut videt ꝙ vniuersalia sunt corpora lia ꝛ corpora ꝑ quātitates corporales dimē sa. Et ista rō directe est secundū itentionem Platonis qui talia seperata ponebat. Et iđ per nos est ꝑ multa explanata ut meli⁹ qđ itendit itelligat. Secūda ratio ē ꝙ pricipiū alicuius generis uel spēi nō pōt eē nr̄ hoc uel illud i numero determiatū. q: sic nō eēt vl'e illius generis uel spēi acceptū. principia er go generum ꝛ specierū genera sunt ꝛ species ꝛ cū pricipiata sunt corpora sēsibilia. ꝛ q̄nta se

gitur ꝙ pͥcipia illoꝝ sint genera ⁊ species q̄titatū. Hec enim sūt pͥcipia sensibilia ꝑ hic ⁊ nūc indiuiduata. Substātia enim scḋm ꝙ substātia i pͥncipijs eius nec ad hic nec ad nūc determinaṫ uel indiuiduaṫ. Et iō alijs principijs nō causaṫ. Et iō plato dixit olim illoꝝ sensibiliū pͥcipia circha mathematica i iōnibus generū uel specierū accepta Substātiā autē secūdum ꝙ substātia nō eē sicut pͥcipiatū. sed ꝑ q̄titatē esse determinatā ad hic ⁊ nūc. Ex hoc autē ulterius inferebat ꝙ genera ⁊ species que sunt hoꝝ singularium pͥcipia sunt corporalia. Tertia rō platonis sint q̄ ⁊ qḋ est i ordine nature primū est cā ⁊ pͥcipiū eiusdē qḋ scḋm se i eodē nature ordine posterius est sicut i libro fontis vite ⁊ i libro de causis ē ꝓbatū. q̄tum autē scḋm rōnez q̄titatis acceptū cōstat ꝙ scḋz ordinē nature ē ante hoc q̄tum sensibile. ergo scḋm ordinē nature cā est ipsius. ⁊ principiū. Nō est antē cā ⁊ pͥcipiū. nisi qḋ est simplex ⁊ vl'e pͥcipiū. ergo ꝙ est simplex ⁊ vl'e q̄tum ē ⁊ corporale. Iste absq̄ dubitatione rōnes sunt platonis i hoc ꝙ vl'ia dixit eē corporalia quedā i mathematicis rōnibus et formis ꝯstituta. Quod autē quidā dicūt de vl'ibus i materialiū. ut angeli ⁊ aie nihil penitus valet ad ꝓpositū. talia enim dixit plato ab eterno cōsi fiere ⁊ radios quosdā lucis prime eē. ⁊ nō eē causata pͥcipijs materialibus ꝑ cōpositionē hec i talibus dixit eē pticulare nō vl'e. sed i talibus dixit ꝙ sunt i nobis ꝑ hoc ꝙ luces eoꝝ ⁊ eēntie sunt i nobis. siue existētibus per ea siue cognoscētibꝰ ea. ꝑꝑ qḋ auicena i sua methafisica ubi stabilit species qualitatis dicit ꝙ hoc dictū vm est eius signū esse dicit q̄ ea i quibus sunt siue existētibus siue cognoscētibus ea nō recipiunt ea fm hic ⁊ nūc. s; vbiq̄ ⁊ semꝑ q̄tū est de ipsis. aia enim nō ē i corpore fm hic ⁊ nūc nec demō siue itelligētia siue ēt angelus ī est i eo i quo ē per opaionē uel cognitionē ut hic ⁊ nūc s; fm possibilitatē eius i quo est. est ī eo fm vbiq̄ ⁊ semꝑ q̄ nō h; i eo positionis discretionē hec opinio platonis est. Incōtrariū huius sufficiāt ēt tres rōnes que sunt inter multas que aduci possūt potiores. Quarū pͥa ē ꝙ si vl'ia hoꝝ singulariū principia sūt corporalia. aut sunt pͥcipia i q̄tū i corporalia. aut sunt pͥcipia eoꝝ i q̄tū corporalia sūt ⁊ hic ⁊ nūc determiata. Si sunt principia hoꝝ i q̄tum corporalia sunt. corporale autē ñ efficiṫ corporale nisi ꝑ aliud corporale. sed principiū ꝯstituēs est ēt corporale. ergo ⁊ ipm corporale nō efficit corporale nisi ꝑ aliud corporale. ⁊ sic procederetur i infinitū. Sequiṫ ergo ꝙ pͥcipiū corporalis sit corporale sicut pͥcipiū corruptibilis est in corruptibile. Et pͥcipiū sensibilis ē in sensibile. ⁊ pͥcipiū mobilis ē imobile. ⁊ sic de oibus alijs. Scḋa rō ē ꝙ si vl'ia sint corporalia sequiṫ ꝙ sunt q̄titatibꝰ ⁊ figuris determinata. rōnes autē quātitatū nō sunt q̄te ⁊ rōnes figurarū nō sunt figurate. Si autē vl'ia q̄ta ⁊ figurata sunt sequiṫ ꝙ sī sci piēs ea figuraṫ ꝑ ipsa ⁊ q̄titate distēdaṫ. suscipit autē talia possibilis itellectus. Intellectus ergo possibilis q̄tus erit ⁊ figuratꝰ. qḋ nemo vnq̄ opinatus ē. q̄ oēs anasagorā laudābāt dicentē q̄ itellectus ē purus ⁊ imixtus nihil vlli hñs cōe. vl'e ergo corporale esse nō pōt ⁊ in re corporali cūpro ut vl'e ē. motiuū est itellectus possibilis. tertia rō est ꝙ si vl'e corpus uel corporeū ē habēs quātitatem oz ꝙ sua q̄titas corporea sit ⁊ ꝑpetua. Est autē singulare suū i quo est quocūq̄ modo corporeū ⁊ corpus. aut igiṫ hec duo sunt vnū corpus aut duo corpora si sunt vnū ⁊ idez sequiṫ ꝙ corruptibile sit icorruptibile. ⁊ sensibile isensibile ⁊ factē factū. ⁊ ꝯstituēs ꝯstitutū si sunt vnū ⁊ idē qḋ ē ipremēs ⁊ ñ itelligibile. si aūt sunt duo corpora sequiṫ ꝙ duo corpora sunt i eodē loco. Mathematicis enī; daṫ locus sicut ⁊ phicis ut dicit Aristoteles. probatū est autē a nobis i phicis ꝙ si duo corpora sunt i eodē loco ꝙ de necessitate duo erunt vnū. et idē corpus sequiṫ ergo ꝙ si sunt duo diuersa corpora ꝙ sunt vnū ⁊ idē corpus ꝙ ipossibile est oio. Nos autē que iducta sunt determinates distinguimꝰ. ꝙ corporale multipliciṫ diciṫ. s. quatuor modis. vno quidē mō. Et pͥo modo diciṫ corporale q̄titate corporea distēsum. ita ꝙ ipsa q̄titas sit aliquid sui. Et sic habētia q̄titatē corporeā corporalia dicuntṫ ⁊ mobilia oia ⁊ sensibilia. Secūdo modo corporalia dicuntṫ nō quidē quātitatē vt aliquid sui habēnt. s; tamē scḋm distensionē quātitatis i subiecto ea suscipiēte sunt distēsa. sicut albedo ⁊ nigredo ⁊ caliditas ⁊ frigiditas ⁊ figura ⁊ aliquid ꝯstās forma dicuntṫ corporalia quāuis q̄titas nihil sit eēntie ipsoꝝ. Tertio mō diciṫ corporale omne corpori sicut suscipiēti determinatū sicut sensus ⁊ imaginatio ⁊ cetere vtutes sensibiles ⁊ vegetabiles. Et vniuersaliter omnis aia sensibilis ⁊ vegetabilis sunt corporales forme. Quarto modo diciṫ corporale nō q̄ aliquid sit partis uel quantitatis corporalis. s; q̄ corporis ⁊ quātitatis est principiū. ⁊ sic pūctus diciṫ eē corporale. Similiter autez multipliciter diciṫ icorporale. q̄ si vnū oppositoꝝ est multiplex ⁊ reliquū. nullo autē istoꝝ modorum vniuersale est corporale. quia est sicut natura corporis ul' corporei cui per aptitudinem dicēdi de multis accidit vniuersale esse. ⁊ est icorruptibilis. q̄ sicut optime

pb uñ ẽ aliter motiuũ intellectus possibilis esse nõ põ: qꝛ penitus icorporeus ꝛ icorruptibilis est. Est.n. simplex notio ꝛ natura ab oi quãtitate dimẽsionis abstracta. Ad hoc ergo qꝙ p͛mo obiicit̃ dicendũ qꝙ ꝛ quãti eẽntiaꝫ ↄstitutĩs est duplex.s.scd̃m quãtitatis essentiã ꝛ ↄstitutionẽ eius qd̃ est quãtum uel quãtitas. Et de tali principio p͛cedit obiectio ꝛ est necessaria. Alia est ↄ̃stitutio quãti scd̃m eẽ specificũ ꝛ rõnem nõ secũdum id qꝙ est q̃titas ꝛ dãs nomẽ ꝛ diffinitionẽ quãtitatis. Et hoc p͛ncipiũ ↄstituẽs speciẽ ꝛ genus quãtitatis nõ est quãtitas uel quãtũ.ꝫ potius q̃titatis natura simplex ꝛ rõ. Et hec natura sic simplicitate sua accepta est vl̃e. Ad id aũt qd̃ secũdo iducit̃. dicẽdum qꝙ hoc qꝙ ponunt simpliciter eẽ vni p͛ncipiũ huius i esse ꝛ specie scd̃m naturã uel i genere nõ est ad hoc uel illud determinatũ qꝛ si hoc eẽt vni nõ esset p͛ncipiũ vl̃e sed huius uel illius. Sꝫ hoc principiũ nõ est mathematica quãtitas i his que corporea sunt. ꝫ est natura simplex ↄstituẽs i genere ꝛ specie dãs nomẽ ꝛ rõnem. Et in hoc patet qꝙ quãtũs p̃ncipium sit eẽntiale ꝛ q̃si materiale p͛ncipiũ linee. tñ forme linee ñ habẽt nomẽ nec rationẽ. Sꝫ aliud est principiũ scd̃m formã quo linea linee nomẽ ꝛ rõnem habet. Et hoc p͛ncipiũ simpliciter acceptũ natura est linee cui accidit eẽ vl̃e. p hoc qꝙ pluribus est cõicabilis natura illa. patet igit̃ qꝙ corporaliũ vl̃e est incorporale. ꝛ hoc ẽ vere dictũ p̃pateticorꝫ. Ad id aũt qd̃ tertio iducunt dicẽdum qꝙ vꝫ est quod ponitur. dũmodo bene itelligat̃ qꝙ eẽntialiter ꝑ moꝫ materialis ↄstituti p͛ncipiũ est eẽntiale non i ordine nature primũ ẽ etiã si daret̃ qꝙ cõstituerẽt ꝛ p͛ncipiarẽt naturalia corpora uõ p͛ncipiarẽt ea nisi secũdũ id qꝙ est quãtitas subiecta. ꝛ nõ secũduꝫ hoc quo quãtitas est i rõne uel specie uel genere. et ideo nõ sunt priora ad ea secũdũ ordinẽ formalẽ nature uel sm ordinẽ efficiẽteꝫ cause. Sꝫ ea que sunt ↄstituentia ea que corporea sunt i rõne nomine et specie ꝛ genere p͛iora sunt secũdum ordineꝫ nature. ꝛ ille sunt simplices nature. et eẽntie corꝫ. et notiones ꝛ rõnes ipsorꝫ. Hec autẽ omnia ꝛ icorporalia sunt ꝛ vl̃ia ꝑ antedicta Et hanc subtilitatẽ uenit Aristotiles ꝛ ideo i omnibus que dixit platoni p͛ponat̃ i positione p͛ncipiorꝫ. Hec est uera secundum p̃pateticos huius qõnis determinatio. ꝛ sic tenendũ est nec ẽ curãdum de sophisticis quibus dã qui ante nos quedã scripserũt.

Restat nũc de difficilima questione disserere quã tertiã tangit porphirius vtrũ.s. vl̃ia sint seperata a sẽsibilibus an i sensibilibus siue singularibus posita sint ꝛ ab aliis seperatũ eẽ nõ habeãt

De hoc autẽ semꝑ fuit ↄ̃tẽtio iter stoicos et peripateticos. Aristotiles eniꝫ ponere videtur vl̃e extra ꝑticulare eẽ nõ habere. vnde i posterioribus dicere videt̃ qꝙ vl̃e nõ est nisi in hoc. hoc ẽ singulari. Dicit ẽt contra platonẽ loquẽs qꝙ vl̃e eẽ vnũ aliquid extra multa nõ necesse ẽ. si demostratio erit eẽ tantuꝫ vnũ de multis verũ ẽ dicere. ac si dicat ad hoc qꝙ demostratiua sit scĩẽtia nõ necesse ẽ dicere qꝙ vl̃e de quo est sciẽtia sit seperatuꝫ extra singularia qꝛ suff.cit qꝙ vl̃e sit vnũ i multis ꝛ de multis. Adhuc autẽ dicit Aristotiles qꝙ nulla necessitas ẽ opinari qꝙ vl̃e sit preter hoc. In prima ẽt p̃hia adhuc i ducit rationes multas ad iconueniẽs ducẽtes qꝛ si eẽt vl̃e seperatũ scd̃m eẽ actuale a singulari. sequeret̃ qꝙ esset celum p͛ter hoc celũ. ꝛ terra p͛ter hanc terrã. ꝛ hõ preter hũc hominẽ. ꝛ cũ sciẽtie de naturis rerũ sequant̃ res. Et de seperatis sit alia sciẽtia q̃ꝫ de materia ↄcipiẽtibus. sicut patet i mathematicis ꝛ phisicis eẽt alia sciẽtia de celo ꝛ alia de h celo. ꝛ alia medicina de hoie. Et alia de hoc hoie. Et alia geometria de terra ꝛ alia de hac terra ꝛ sic de aliis. Hoc idẽ probat̃ ꝑ diffinitionẽ vl̃is tam ex Aristotilis vbis q̃ꝫ ex uerbis Auicene ꝛ Alfarabii. Est enim vl̃e vnũ de multis ꝛ i multis. Si autẽ est i multis non habet esse seperatũ ab illis. Et nõ dicimus qꝙ vniuersale est qꝛ est aptum esse i multis. ꝛ ĩ hoc differt a singulari. res autẽ scd̃m naturã est i eo i quo est apta nata esse. ꝛ nõ in eo i quo nõ est apta nata esse. vl̃e ergo ẽ in multis. ꝛ nõ seperatũ habet eẽ ab illis qꝛ nõ est aptũ natũ habere seperatũ esse ab illis. Adhuc autẽ si vl̃e esset actu scd̃m pfectum eẽ p͛ter multa. sequeret̃ qꝙ esset eẽtiẽs ꝑ se ipsuꝫ solum. ꝛ idiuisum i se ꝛ ab aliis diuisum et sic esset hoc aliquid. ꝛ singulare. Nihil autẽ qꝙ in se ẽ vnum et hoc aliquid predicabile ẽ de multis nisi solo noie. ꝛ non re aliqua que sit i illis. Et qui sic ponit vl̃e eẽ ignorat vniuersalis rõnem. que nõie re. ꝛ ratione rei q̃ in multis est. predicat̃ de illis. Adhuc autẽ si sic esset ꝑ se existens nõ posset aliis eẽ causa i natura ꝛ ratione qꝛ nõ posset eẽ forma ipsius. sed si cõstitueret id hoc esset ꝑ modum cõpositionis elemẽtalis admixtionis. ꝛ tũc predicari nõ posset de ente formali predicatione. ꝛ tũc destrueret̃ omnis vtilitas ipsi⁹ Sic enim nullius rei posset eẽ principium neqꝫ ad esse neqꝫ ad sciẽtiam que de ipsa esset per noticiã vniuersalis. Adhuc omnes tales propositiones essent false ꝛ impossibiles in quibus vniuersale de particulari substãcialiter predicat̃. vt cum dicitur hoc homo est homo uel hoc lignũ est lignum. ꝛ omnes similes istis q̃ sũt ↄtraria iconueniẽtia. ꝛ

absurda. Si autẽ aliquis diceret φ vle par
ticulari vnit̃ ⁊ tamẽ remanet i se seperatuȝ
hic nõ euadit iconueniẽtia lducta taliter. ti.
vnitum nõ est vnũ. ⁊ secundũ esse nõ predi
cat̃ de eo cui est vnitus. Et ideo nõ posset di
ci φ socrates uel hic homo est homo q͛ sibi
esset vnitus homo ⁊ quasi homini ut sigillo
ipressus. sicut nõ potest dici φ cera sigilata
sit sigillũ. videt̃ ergo φ vle seperatuȝ esse si
habeat extra suũ singulare. Incõtrariũ aũt
huius est φ omne φ habet eẽ nõ habens il
lud per aliud uel ab alio potest eẽ sine illo.
Uniuersale autẽ habet eẽ nõ per singulare
nec ab illo. ergo potest eẽ sine illo. ergo scdȝ
esse est seperabile a singulari. hoc autẽ sic ꝓ
batur esse vniuersalis est esse cõmune a plu
natũ eẽ in pluribus ⁊ multis cõicabile. hoc
autẽ eẽ nõ potest habere a singulari q͛ singu
laria sũt discreta ⁊ icommunicabilia. cõicabi
le ergo eẽ qd̃ est eẽ vlis. vniuersale nõ habȝ
a singulari. Si forte aliquis dicat φ ista rõ
nõ probat φ vle nõ habeat eẽ discretũ. sed
ꝓbat φ singulari destructo remanet eẽ vni
uersalis scdm aliquẽ modũ hoc videt̃ con
tra Aristotilẽ esse qui ponẽs φ vle eẽ habe
at in singulari dicit φ destructis p͛mis im
possibile est aliquid alioꝝ remanet̃. Et hoc
scdm rationẽ inductã destruit̃. q͛ si vniuer
sale habet eẽ seperatũ uel seperabile ab esse
singulari. vle manebit existẽte singulari et
nõ existẽte singulari equaliter eo φ suũ esse
ab eẽ singularis nõ depẽdet aliquo modo ni
si scdm eẽ in ipso. ⁊ nõ secũdum eẽ simplicit̃
Adhuc autẽ vle semper est ⁊ vbiqȝ. parti
cularẽ autẽ siue singulare ẽ hic ⁊ nũc si autẽ
vle ẽ vbiqȝ ⁊ semp ẽ alicubi ubi nõ ẽ singu
lare. Et est aliqñ quãdo nõ est singulare que
cũqȝ autẽ loco ⁊ tẽpore sunt seperata simpli
citer ⁊ substãtialiter scdm eẽ. Et subiecta sũt
seperata. cũ ergo vniuersale ⁊ pticular̃ loco
⁊ tẽpore differãt. siue seperata sint simplici
ter scdm eẽ. ⁊ subiecta substãtialiter sepera
ta esse uident̃. Adhuc nõ potest idẽ esse itel
ligi corruptibile ⁊ icorruptibile. vniuersale
aũt icorruptibile est singulare uero corrupti
bile. Nõ idem erit ergo esse vniuersalis ⁊ sin
gularis. Si enim idem esset vtriusqȝ esse seq̃
ret̃ ꝯtradictoria simul esse uera. q͛ si corrup
tibile est scdm esse erit aliquãdo quãdo esse
nõ habebit ꝓbatũ enim est de celo. ⁊ mũdo
i p͛io φ corruptibile necessario aliqñ corrũ
pet̃ ⁊ tunc nõ erit icorruptibile. aut semper
erit. ergo aliquod tẽpus erit qñ id scdm esse
⁊ erit ⁊ nõ erit qd̃ est impossibile. Adhuc at
ꝯstat φ vniuersale habȝ esse i quo multa vni
unt̃ l vnũ nomen ⁊ rõnem. que nomen. ⁊ rõ
dicũt esse diffiniti. hoc autem esse nullo mõ
habȝ i esse singularis. ergo habȝ hoc esse se

peratũ ab esse singularis. Cũ ergo habet si
eẽ aut habet ipsũ scdm φ istrumẽtũ primi
agẽtis est. aut habet hoc scdm φ est i anima
ꝑ abstractionẽ ipsũ cognoscẽte. aut i re ipsa
extra agẽtem ⁊ cognoscẽtem existẽs. Si di
cat̃ φ habet illud i efficiẽte. tũc vle nõ habȝ
esse nisi ydeale. ⁊ cũ predicat̃ de singulari n̄
predicat̃ nisi sicut ydea. hec autẽ predicatio
nõ est substãtialis sed exẽplaris tm̃ ⁊ sic de
struit̃ omnis predicatio substãtialis. Si aũt
habet id i anima aprehẽdente. tũc relatio
vlis ad multa nõ est nisi i anima ⁊ nõ in re
⁊ sic predicat̃ nomine ⁊ nõ re. Et sic vlia n̄
sunt res sed nomina qd̃ falsum iã esse osten
sum est. Relinquit̃ ergo φ habẽt id secũduȝ
φ est res i se existẽs ⁊ ab agẽte ⁊ cognoscẽti
te ⁊ a singulari seperata. ergo eẽ vlis ẽ sepe
ratũ ab esse singularis ⁊ econuerso. Ex omni
bus aũt his ⁊ similibus videt̃ φ vlis esse se
peratũ sit substãtia loco ⁊ tẽpore ab esse sin
gularis. Ad hec autẽ nõ est difficile respõde
re et qui bene nouit positionẽ ꝑipateticoruȝ
tũ per distinctionẽ esse vlis oĩa hec facile d̃
terminant̃. Est enim esse vniuersalis scdm
φ vle est scdm vniuersalitatis rationẽ. ⁊ eẽ
eius qd̃ est vniuersale similiter est eẽ singu
laris scdm φ singulare est ⁊ secundȝ singu
laritatis rationẽ. ⁊ est esse eius qd̃ est singu
lare ꝑ quod est substãtia substãs cõmuni natu
re. Dicimus ergo φ eẽ vniuersalis in eo φ
vniuersale est ratione seperatũ ⁊ oppositũȝ
est illi qd̃ est eẽ singularis i eo qd̃ singulare ẽ
quãuis sint in eodem subiecto. Esse autem
nature illius que vle est nõ est seperatuȝ ab
eẽ singularis secũdum qd̃ est substantia sub
stãs illi cõmuni nature. sed potius esse vlis
est esse particularis ⁊ nõ diuisum ab illo
Est enim sicut diximus vniuersale secũduȝ
esse in particulari. quãuis non sit vniuersa
le secũdum hoc φ est in illo. sed nec commu
ne nec communicabile sicut i prima questione
satis declaratũ est. Et nisi sic esset nõ eẽt qd̃
nec scientia de aliquo sicut i primis probat̃
obiectis nec est curãdum de solutione quaȝ
quidam iducunt̃ l. qd̃ vniuersale secunduȝ
se habeat esse. sed nõ habeat esse completũ
nisi i particulari. vniuersale enim habet eẽ
completum i hoc φ omnia habet que exigũ
tur ad esse vniuersalis. sicut particulare hȝ
eẽ completum quãdo habet oĩa que exigunt̃
ad eẽ particularis. Ad id autẽ qd̃ primo cõ
tra hoc iducit̃. dicẽduȝ φ omne quod habȝ
esse nõ per aliud. potest eẽ sine illo. n̄ sit ita sic
φ esse suũ quãuis nõ sit per aliud tamẽ sit in
alio cui ipsũ ẽ cã eẽ. Et hoc ẽ eẽ i alio sicut p
essẽtialis ipsius eẽ sin φ ẽ i alio ⁊ hoc modo
vle siue sñia ẽa est i alio. sȝ p hoc φ ẽ i illo ẽ ꝑ
ticulãtũ ⁊ determinatũ. ⁊ iõ eẽ quidẽ hȝ in se

Quod autē inducta diffinitio generis ab oībus aliis sepercetur. ⁊ in se nec superfluū aliquod ꝯtinet nec ī aliquo deficiat sic probat Eoꝝ enim que predicantur quedā quidē de vno solo predicant. ut ī diuidua ut sortes ⁊ plato. ⁊ p̄nutū demonstratiōis ꝯp̄pata ut hic ⁊ hī ⁊ hoc. sꝫ oēz modū demōstrationis ad hoc singulare. Alia vero de pluribus predicant quēadmoduz genera ⁊ species differētia ꝓprium ⁊ accn̄s que sunt vl'ia. Dico autē accidēs ꝙ est commune accidēs. ⁊ nō proprium alicui indiuiduoꝝ. accidēs enim vni indiuiduo proprium ē accidēs qđ vocatur indiuiduās. ⁊ hoc qꝛ soli ꝯuenit de vno solo predicat. ut socrates uel socratis accidēs quo homo indiuiduus efficitur dicēdo socrates est socrates. ⁊ plato est plato. ⁊ hic ⁊ hec ⁊ nō alius. ⁊ hoc est hoc et nō aliud. uel etiam aliquis homo est aliqs hō ⁊ nō alius. Sed cū dicimus homo ē animal. et dicimus cū hoc ꝙ asinus est animal ⁊ multa alia. Et similiter ī specie dicimus ꝙ sortes est homo. ⁊ plato est homo ⁊ multi alii ⁊ ꝙ sortes ē rationale. ⁊ etiā plato ⁊ multi alii. Et similiter est de proprio ⁊ de accidēte quoꝝ quodlibet de pluribus predicat. ab hoc de pluribus predicat habet genus ꝙ est vl'e ⁊ differt ab eo qđ est singulare ꝙ de vno solo predicatur. Quod autē dico particulare siue singulare predicari de se ⁊ de vno solo nō est ꝓprie dictū. qꝛ ꝓprie loquēdo ut ī predicamētis dicit Aristotiles ī prima substantia nulla est predicatio. ⁊ hoc ꝓbatur ex ratione predicationis que ī ante habitis posita est. predicari enim de alio est hoc ī illo. ⁊ de illo esse. ⁊ intelligere. ⁊ per cōpositionez designare. Cū autē nihil ī se ipso sit ut in. 4° phioꝝ dicit Aristotiles nō potest prima substātia ī se ipsa nec eē ut de se ipsa. nec proprie pōt de se ipsa esse designari. Et ideo prima substātia nō predicatur ꝓprie de se ipsa. Sꝫ

quādo hoc fit qđ de se ipsa predicatur hoc fit quo ad nos ⁊ nō scđm se ipsum. nisi forte di
ceretur ꝙ i talibus predicationibus scđm id
qđ est subicitur ⁊ secūdum id ꝙ est ad ipsum
predicatur. S3 enim aliqua diuersitas pos
set esse subiecti ⁊ predicati. ⁊ sic predicatum
intelligit̄ ut esse in subiecto. ⁊ esse de ipso. et
sic est ēt in omnibus vbi idem de se ipso pre
dicatur. Et sic itelligitur ꝙ dicit Boetius.
ꝙ nulla ꝓpositio est uerior ea i qua idē pre
dicatur de se ipsa. In illa enim idē ꝙ predi-
catur de eodē ut id quo est. Et sic ꝯcedi pōt
ꝙ prima substātia de se ipsa ut de vno predi
catur. Particulare aut̄ ꝙ de se ipso predi-
ca ur tripliciter designatur. s. ut singulare i
nomine ut sortes ⁊ plato. secūdo i tuito dmō
strationis ad hoc. ut hic ⁊ hec ⁊ hoc. hoc enī
tuitu demōstrationis ad vnū solum nō pōt
nisi de vno solo predicari. S3 tertio ab Ari
stotile designatur i predicamētis. ut uagū
vt aliquis homo ⁊ aliquis bos. Et de hoc
pōt esse dubiū vtrū de vno solo an de plu i
bus predicetur. est enim sortes aliquis hō ⁊
plato aliquis hō. S3 est i talibus ꝯsiderādū
ꝙ cū dicitur aliquis hō. s. ex pte nature indi
ñāte ad ptem ꝑ signum pticulare. s. ad pte3
hāc uel illā nō determinātē. Et sic ꝯsidera
tū habet speciei ꝑdicationē aliquomodo. et
quo ad hoc de pluribus differētibus nume
ro predicatur uel generis ꝑdicationē ut cū
dicitur animal quodā uel aliquod animal.
sic ergo nō predicatur ꝓpria predicatione.
sed nature que ad partē inclināt. Gen⁹ aūt
est ꝙ ꝓpria predicatione ⁊ imediata de plu
ribus differētibus specie predicatur. Pōt
etiā cōsiderari aliquod animal. uel aliquis
homo ut pticulare. siue ex pte pticularitatis ad
ptem determinatā ⁊ sic nō habet nisi predi
cationē ptis. Et sic nō predicatur nisi d̄ vno
solo. Et sic id qđ dicit̄ de particulari. ꝙ de
vno solo predicatur. Intelligitur de ꝓpria
⁊ imediata ꝑdicatione. ⁊ nō de illa quā indi
uiduū agū habet mediāte natura cōi. siue
generis uel spēi. ꝑ ipsum ad partē iclinātē ꝑ
id ergo ꝙ de pluribus predicatur differt ge
nus a pticulari siue singulari de vno solo ꝑ-
dicatur. Nam ꝓpria predicatione nisi for-
te vnū ⁊ idē particulare multis modis sino
nimis designaretur ut socrates decorus cor
pus ⁊ huiusmodi que sinonīa sīt ut ēsis mu
cro spata gladius. sicut dicitur Marcus
tulius cicero. nihil ꝓhibet singulare sub vno
nomine notius esse q̄3 sub alio. et sic notius
predicari de se secūdum ꝙ est sub nomine
minus noto. ut si querā quis sit talis. ⁊ dica
tur mihi tulius est marcus. videt̄ enī3 ali
quomodo ꝓpinquius eē ꝓprie ꝑdicationi.
S3 ergo genus distinguit̄ ab indiuiduis ꝑ

hoc ꝙ est de pluribus predicari. A speciebꝰ
aut̄e differt genus q2 q̄3uis de pluribus pre
dicet̄ nō tamē predicatur d̄ pluribus specie
differētibus quo ad nature aptitudinē. que
secūdum ꝙ species est ꝑ differentias opposi
tas formaliter scđm potestatem nature di-
uisibilis nō est. sed i pluralitatē agit nume-
ralem ꝑ materie proprie diuisionem. ⁊ acci
dētia indiuiduationē sicut patet ꝑ ante dic
ta. Et ideo cū dicitur ꝙ predicatur de pluri
bus differentibus specie. intelligit̄ per cau
sam efficiētē3. Ita ꝙ pluralitas forme ⁊ spe
ciei facta ꝑ differētias ꝯstitutiuas fecit illa
differre. Sed si quis sophistice obiciat ꝙ
homo ⁊ asinus ⁊ leo nō differūt sed ꝯueniūt
specie q2 quodlibet eoꝝ species est. erit con
structio i habitudine cause formalis. ⁊ sic incī
dit sophisma. secūdū amphibologia3. ꝑ hoc
ꝙ est ꝑdicari de differētibus specie seperat̄
⁊ discernitur genus a specie. ⁊ predicatio ge
neris a predicatione speciei. A proprio aut̄e
differt genus siue a proprii predicatione di
fert predicatio generis i hoc ꝙ ꝓprium pro
prie sumptū qđ ꝯuenit omni ⁊ soli d̄ vna so
la specie quā imediate ꝯsequit̄ predicatur.
Et mediāte illa communi specie. ꝑ quā trā
sit ad iduidua predicat̄ de iduiduis illius
speciei. sicut risibile predicat̄ de solo homīe
⁊ de indiuiduis hominis ut socrate ⁊ platōe
Genus aut̄e nō ut ꝯsequēs sed ut prius na
tura predicat̄ de pluribus speciebus ⁊ indi
uiduis illarū specierū. q2 ꝙ essentialiter est
in subiecto iferioribus nomē suum dat ⁊ ra
tionem. proprium enim uti i sequentibus di
citur ꝯsequitur speciē ⁊ est accidēs speciei ꝑ
cōe speciei. q2 qđ essentiale est particularibꝰ
nomen ⁊ rationē suam dat iferioribus ⁊ na
turam. trahitur mediāte natura etiam ꝓp
tum ad particularia. ⁊ predicatur de illis ut
ꝓprium. sicut de specie ⁊ tamen talem mo
dum predicandi non habet genus secundū
se ipsum per hoc ꝙ est in iferioribus ⁊ de in
ferioribus predicatur. Sic ergo per eunde3
modum diuersimode acceptum qđ est de
pluribus differentibus specie predicari. ge
nus differt a specie ⁊ a proprio quod est acci
dens speciei. A differētia uero differt ⁊ cōi-
ter accidentibus i eo qđ genus predicatur i
quid sed differētia. ⁊ communiter accidentia
predicant̄ in quale. quāuis enim etiam pro
prium in quale predicet̄. Cum tamē propri
um i duobus differat a generis predicatio
ne. s. in eo ꝙ est predicari de pluribus diffe
rentibus specie ⁊ etiam predicari in quid ⁊
non in quale. cum prius differt a genere in
hoc ꝙ predicatur de differentibus specie q̄3
in hoc ꝙ predicatur in quale ⁊ hoc probatur
per hoc ꝙ si genus sumatur ut cōmune sic ē

quedam qualitas speciei. esse enim cōmune
respectu eius ꝙ subicit sibi ut qualitas que-
dam est ipsius. Et ideo diuidit Aristotiles
ex opposito quale quid contra hoc aliquid.
Et quo ad hoc l modo predicādi nō differt
a ꝓprio. Substātialioꝛ igit ⁊ prioꝛ differen
tia generis ad propriū est predicari de plu
ribus differētibus specie quā predicari in
quid ut dictū est. Est autē aduertendum ꝙ
cū dicitur differētia predicat in quale. ⁊ cōi
ter accidētia in quale. nō sumit vno modo
quale nisi i uoce ⁊ nō secundū rationez. secū
dum enim rationē perfectiuā qualis. tunc q̄
le est qualitatis informatio ⁊ dispositio scd͠z
quā quales dicimur. ⁊ hoc modo quale ē ꝙ
non cōuenit substātie nec generi alicuius ac
cidētis nisi qualitatis. Alio modo ⁊ posteri⁹
dicitur quale qd͛ est consequēs quid ꝑfectuz
⁊ hoc modo accidens omne quale est ꝙ ē ac
cidēs indiuidui ⁊ tunc diuidit quale contra
quid ꝑfectū in eē ⁊ substātia. tertio modo di
cit quale qd͛ est cōsequēs essētialia speciei et
nature. ⁊ hoc modo dicit propriū quale
Et hoc minus habet de quali q̄ id qd͛ ē cō
sequēs eē Idiuidui. Quarto modo quale dici
tur qd͛ est potētie determinatiuū ad esse spe
ciei. Et hoc ideo dicit quale qꝛ est cōsequēs
quid siue subiectū primū qd͛ est genus rei.
nec dicit quale. qꝛ sit l genere primo modo
dicto uel qꝛ sit consequēs quid speciei. s͡ʒ tm̄
ideo qꝛ est cōsequēs aliquid generis sicut ac
tus consequēs potētiam in eodē in quo ē ali
quid scd͠m potētiam ⁊ aliquid scd͠m actum.
Et hoc q̄ntum ad essentiam suam est substā
tia ⁊ substātie effectiuū. licet habeat modū
predicādi in quale. inquātum ē quid generis
cōsequēs. et hoc modo differētia predicat i
quale et cōuenit cū quali accidēte inquātuz
vtrunqꝫ est quid cōsequēs. q̄uis quid qd͛ cū
se iūgit accidēs sit eius ꝙ est hoc aliquid in I
diuiduo. Quid autē qd͛ ꝯsequit differētia est
quid iperfectū. id͛ differētia ꝯsequēs ē ꝑfectiua
potētie illius scd͠m substātiam et qnātuz ad
essentiam est de genere substātie. Quia ue
ro accidēs cōmune est ꝯsequēs quid ꝑfectū
in eo ꝙ est hoc aliquid et post hoc aliquid ni
hil est addere ei qd͛ est esse secūdū substātiā.
Ideo quale id remanet i natura accidentis
qd͛ cū sit in aliquo nō est I eo sicut pars que-
dā. qd͛ differētie que consequit quid im ꝑfec
tum ꝯuenire nō potest. nō enim potest conse
qui quid et Iperfectū nisi id qd͛ est. pars esse
eius in quo est. Sic ergo ⁊ tot modis dicit
quale. Alio etiā modo dicit quale quid sūt
ꝙ diuidit ꝯtra hoc aliquid. ⁊ sic quale sumi
tur termino ifinito ꝑ quē querit quale nec su
mit siue determinat questio quousqꝫ statur I
hoc aliquid. dicentes enim ꝙ sortes est aial

querimus quale animal ⁊ dicimus homo.
⁊ querētes qualis homo dicim⁹ ꝙ ē hic hō
⁊ sic qd͛ habet cōe quale quid est respectu sui
inferioꝛis. Et etiam genus nō predicat qui
dem i quale nec i quid determinatum. sed
predicat I quale quid I determinatū. ⁊ simi
liter species. ⁊ in quid determinatū sola pre
dicatur prima substātia. Similiter etiam
id qd͛ dicitur predicari in quid dicit multis
modis. dicit enim predicari I quid qd͛ est de
natura ⁊ modo predicādi iquid. ⁊ hoc est so
lū illud qd͛ est de natura sua subiectū in quo
alia fundant. sicut I prima substātia fundan
tur. ⁊ scd͠e substātie ⁊ accidētia cōia. et sicut
species in qua fundāt ꝓpria. Et sicut genus
in quo fundāt differētie. Dicit etiam quid
ꝙ non natura sed modū habet illius sicut ge
nera accidentium predicant de sibi subiectis
speciebus ⁊ Iduiduis ut dicit Aristotiles in
primo topicoꝝ. Si quis albedine posita di
xerit colorē esse quid est dicit. qꝛ qualitatē si
gnificat. Ad hec autē dicit predicari I quid
ꝙ totū dicit subiecti quiditatē sicut diffini
tio de diffinito predicat in quid. Et ex his
que dicta sunt facile pꝫ ꝙ a differētia ⁊ com
muniter accidētibus differt genus i modo
predicādi. qꝛ q̄nuis differentia de plurib⁹
differentibus specie predicet. ut rationale
quod de asino ⁊ leone predicat. ⁊ similiter
commune accidens quamuis de differenti
bus specie predicetur ut album de niue ⁊ ci
gno nō tamen differētia ⁊ commune accidens
predicant in quid sed in quale. Genus autē
per se ipsum ut subiectum primum in quid
⁊ non in quale predicatur. Interrogātibus
enim nobis qualis est coruus respondemus
ꝙ niger commune accidens respondentes
est enim rationale differentia. nigrum ve-
ro communiter accidens. Cum uero quid
est homo interrogetur respondemus ꝙ est
animal eo ꝙ animal proximum subiectum
est in eo hominis in quo fundantur differen
tia constitutiua. animal autem genus est ho
minis. genus igitur in quid predicatur.
Ex omnibus ergo que dicta sunt patet ꝙ id
quod ponitur in diffinitione generis. s. pre-
dicari de pluribus diuidit genus ab his que
de. vno solo predicant que sunt de numero
eorum que sunt indiuidua. Hoc autem qd͛ I
diffinitione ponitur differentibus specie. se
perat genus ab his predicabilibus que sūt
species ⁊ que sunt propria. quamuis etiam
proprium asignetur generalissimū ut Ari-
stotiles in predicamentis dicit quod ꝓpri
um est substantie secūdum sui mutationem
esse susceptibile contrarioꝛum tamen ꝓpꝛie
et immediate proprium est speciei. nec assi-
gnatur generi nisi per speciem. ⁊ sic transit

ad genus hoc ipsum enim quod est susceptibile esse contrariorum sui mutatione substantie non conuenit nisi per substare. quod prime substantie nõ inquantum est hec uel illa. sed inquantum est substantia in animo conuenit. Quod in diffinitione ponit in eo ꝙ quid sit predicari. diuid ꝛ genus a communiter accidẽtibus ⁊ differentiis. que ut dictum est nõ in eo ꝙ quid sit predicaꝛ. sed in eo ꝙ q̃le sit. Patet ergo ex quo diffinitio dicit omnia q̃ sunt de esse generis ⁊ seperat genꝰ ab omnibus vniuersalibus alijs que secum diuidũt hoc commune ꝙ est vniuersale. nihil superfluum. ⁊ nihil diminutũ continet generis dicta descriptio. hoc igiꝛ est ꝙ dicere de generꝛ intẽdimus inquantum ẽ vniuersale p̃dicabile

Apponitur aliter igiꝛ ea que de generis diffinitione dicta sunt colligẽtes. dicimus ꝙ aliter q̃z in cuilibus rursꝰ dicitur genus cui immediata. ⁊ directa linea nõ transuersaliter supponiꝛ species. Ad horum generum que in ciuilibus sunt fortasse aliquam similitudinẽ dictam. huiusmõi. n. genus est principium quoddam earum que directe sunt sub se specierum. Et hoc conuenit cũ acceptione generis secũda. videꝛ etiam genus sic dictum omnem multitudinẽ specierũ ⁊ indiuiduorum cõtinere ĩ vna sui natura. ⁊ nomine ꝙ largitur eis. Et sic cõuenit cũ acceptione de qua generia est sermo apud philosophos. vnde etiam taliter dictum genus describẽtes d. cunt et assignauerunt dicentes ꝙ genus ẽ quod de pluribus ⁊ differẽtibus specie ĩ eo ꝙ quid est predicatur ut animal ꝙ de homine ⁊ de asino in eo ꝙ quid est predicaꝛ. Eorum enim que predicãtur. alia quidem de vno solo predicanꝛ sicut indiuidua quamuis hec predicatio non sit ꝓpria ut sortes ⁊ plato. ⁊ ut generaliter dicaꝛ in omni genere indiuiduorum. ut hic ⁊ hec et hoc. Alia uero predicabiliũ predicanꝛ de pluribus quemadmodum genera ⁊ species ⁊ differẽtia ⁊ proprium ⁊ accidẽs commune siue accidẽtia cõmunia que non sũt alicui propria. Est autẽ gratia exempli quidem genꝰ ut animal. spẽs autem ut homo. differẽtia ut rationale. proprium ut risibile. accidens ut album. nigrum ⁊ sedere. ⁊ huiusmodi. Ab his ergo que d̃ vno solo predicanꝛ differunt genera p id quod in diffinitione inducta positum ẽ eo ꝙ ipsa genera p diffinitionẽ preinductam assignata in eo ꝙ de pluribus predicantur. Ab his autẽ speciebus que de pluribus predicanꝛ differunt genera. quonĩa nõ predicaꝛ species de pluribus differẽtibus specie sicut genus. sed predicaꝛ de pluribus solo numero differẽtibus. nõ quidem cõm ꝙ numerus est accidẽs. sed secũdum ꝙ numerus ẽ in rebus numeratis. ꝓpter ꝙ dicit Aristotiles ꝙ numero differũt que cũ q̃z differũt materie diuisione. homo enim cũ sit species de socrate predicaꝛ ⁊ de platone qui nõ specie differũt ab inuicẽ. sed numero solo ⁊ diuisione materie q̃z materia socratis nõ est materia platonis. Animal autẽ cum sit genus de homine predicaꝛ ⁊ de boue qui specie differũt a se inuicẽ ⁊ nõ numero soluz. A ꝓprio uero differt genus. q̃m propriuz quidem de vna sola specie predicaꝛ cuius ẽ species imediata. ⁊ ꝯsequenti predicatione ⁊ d̃ his indiuiduis que sunt ĩ illa vna specie. quia per speciẽ propriuz trãsit ad indiuidua quorum totũ esse formale est ipsa species. quemadmodũ risibile predicaꝛ de homine solo ⁊ particularibus hominibus qui sunt sub homine. genus autẽ non de vna sola specie predicatur sed de pluribus ⁊ differẽtibus specie. A differẽtia uero differt genus et ab alijs que sunt cõiter accidẽtia. q̃z ⁊ si de pluribus ⁊ differẽtibus specie predicaꝛ ⁊ differentia ⁊ communiter accidẽs nõ tamen in eo ꝙ quid sit predicanꝛ. sed ĩ eo ꝙ quale sit eius ratio est q̃z aliquibus interrogantibus nos id de quo ut de subiecto predicaꝛ hec differentia ⁊ accidẽs nõ in eo ꝙ quid sit dicimus illa p̃dicari. sed magis ĩ eo ꝙ quale interroganti aliquem ⁊ dicenti qualis est homo dicimꝰ q̃m rationalis. Et iterrogãti qualis est coruus. dicimus quoniam est niger. Est autẽ rationalis que est essentialis qualitas hominis nigrũ autem est accidens commune ⁊ coruo ⁊ ethiopi. Cum autẽ quid est homo interrogemur respõdemus ꝙ est aĩal. est autẽ genꝰ hominis animal ⁊ primũ in esse hominis subiectum. Predicari ergo de pluribus genus diuidit siue seperat ab his que de vno solo predicanꝛ que sunt de numero eorum que sũt indiuidua per id autẽ q̃d dicitur p̃dicari de differẽtibꝰ specie seperat genus ab his que ut species uel sicut ꝓpria predicanꝛ. in eo aũt ꝙ quid sit predicari diuidit genus a communiter accidẽtibus ⁊ a differentia que non in eo ꝙ quid sit sed in eo ꝙ quale sit predicanꝛ. Nihil ergo nec superfluum nec diminutum ꝯtinet generis dicta a philosophis descriptio. Et ideo talis diffinitio terminus vocaꝛ diffinitiũ perfecte p oĩa que sũt de eẽ ipsius d̃terminãs ⁊ ab oĩbus alijs distiguẽs ⁊ seperãs. hec igiꝛ q̃tum ad logicã intẽtionẽ ptinet de genere dicta sunt.

Tractatu d̃ spe tãq̃z ꝯo vli cogimur differire tractatũ de dr̃a ⁊ tertio loco iter vlia poneꝛ. q̃z q̃uis dr̃a ꝯstitutia sit d̃ eẽntia spẽi ⁊ pricipiũ eẽntiale ipiꝰ ne possit eẽ spẽs q̃ nõ ex genere ⁊ dr̃a ꝯstituaꝛ.

tū q: gen⁹ diffinit p spēz ⁊ spēs p gen⁹ pp̄ h
φ gen⁹ hз depēdētiā ad spēz ⁊ spēs ad gen⁹
eo φ corelaria sunt. ⁊ vnūз diffinite ⁊ certe
cognosci non pōt sine reliquo. iō oз tractatū
de specie immediate ponere post tractatuз
de genere. cuius tñ aliam rōnem dicit esse
auicene hanc. q: differentia non est in qua ē
genus per essentiam. cum differentia sit ne
tus siue forma simplex. in specie aūt per essē
tiam est genus. Adhuc aūt differentia non
est in genere nisi potestate. species aūt est in
genere sicut in ꝯtinente ipsum. ⁊ iō imediati
us se hз species ad genus sm̄ rōnem spēi φ̄
differētia sm̄ rōnem differentie. quamuis i
ꝯstitutione speciei differentia sit an speciez.
q: a genere non cōstituitur species. nisi pote
stas generis per differētiam determinetur
et restringatur. hac igitur de cā agendum ē
de specie post tractatum de genere imedia
te. ⁊ ponende sunt intētiones speciei ut scia
tur in qua acceptione uel significatiōe sit spe
cies inuenta apud phōs. Sicut aūt de gene
re diximus φ non curamus ponere hic nisi
illas generis intētiones que ad illam gene
ris significationem que apud phōs ē aliquā
hebant similitudinem Ita non curamus pone
re intentionem speciei que non hз similitudinē
ad intentionem speciei apud phōs acceptā
⁊ iō non curamus de primitiua specie uel d̄
riuatiua que apud gramaticos ꝯsideratur.
sed speciem in natura inuenimus. ⁊ in qui
libus sm̄ quam similitudo quedam est ad
speciei intentionem que apud phōs est. Aui
cena. n. dicit φ genus vniuscuiusqз primūз
essentiale ⁊ informe subiectum ē. quod p̄mū
dicit. q: in eo ē propria potentia ⁊ prima in
coatio ad eē rei sm̄ substātiam ⁊ quiditatez
ipsius. uel potius ipsum ē prima potentia ⁊
incoatio eē rei cuius est genus. ⁊ iō est mate
ria proxima ⁊ propria. Materia aūt appe
tit formam sicut turpe bonum siue pulchrū
ut dicit aristotiles i sine primi phisicorum.
pulchrū igitur et bonum ⁊ diuinā quo dter
minatur potentialis turpitudo materie for
ma est ad speciem determinans. ⁊ iō dicit
φ species dicitur que ē vniuscuiusqз forma
⁊ pulchritudo siue elegantia in cōmensura
tione compositionis corporis ⁊ complexio
nis et stature et coloris per similitudinem
ad formam naturalem que turpitudinem
materie terminat ad pulchrum bonum et
diuinum. Sunt autem quedam sicut i pri
mo top' corum determinatum ē concomitā
tia felicitatem in eo qui felix est. Nō. n. felix
est qui specie turpissimus est: ⁊ ēt i ciuilibus
species. que talis formositas est hac de cau
sa refertur ad ea que maxime felici compe
tunt in potestatibus ⁊ honoribus sm̄ φ dici

mus φ species priami troiani regis quisfor
ma elegantissima fuit. digna est imperio. q:
ex elegantia forme demōstratur dispositio
ad uirtutes et ad perfectos actus felicitatis
sicut in signo. q: sicut dicit auicenna super se
cūdo de aīa. oīs diuersitas que est in corpo
re quo ad compositionē membrorum est ex
diuersitate potentiarum φ̄ sunt i aīa. ⁊ hoc
mō ēt species ad intentionem phisicam de
specie hз similitudinez. q: sic dign' tas attri
buitur uel indignitas his que in specie sunt
constituta. sicut hō dicitur dignissima crea
turarum. buffo aūt aīal ꝯterendum. his er
go modis accepta species ad speciē siue spe
ciei intentionem que in philosophia ē hз si
militudinem. ⁊ ab ista similitudine ut dicit
auicena ad intentionem speciei phōrum no
men est translatum. Scḋm aūt intentiōez
que est apud philosophos dicimus speciez
describentes. que est posita positione ordi
nis nature et participationis sub assignato
genere. Dico aūt assignatum genus idem
qḋ certum. q: nō potest eē species uaga sub
genere ad hoc et ad illud genus inclinata.
sed indiuiduum uagūз pōt eē sub specie ad
hoc uel illud suppositum inclinatum. sз ad
nullūз determinatū ⁊ distinctuз siue discre
tum. Et huius cā est quia genus certuз est
in ipsa specie quiditate conceptuз. pp quod
sub genere non pōt eē uagari. positionez āt
ordinis uocamus. quia sicut genus sз φ ge
nus dicit superius. ita species sз φ species
dicit inferius sm̄ predicationis et ꝯsequētie
ordinem. Participationis aūt positionem
uocamus. q: species de necessitate partici
pat genus. Et addit supra ipsum drīam φ̄
coartat in ipsa specie generis potestatem.
⁊ iō sub genere posita est et ꝯtenta ab ipso. ⁊
hoc mō apud philosophos solemus dicere
hoiem esse speciem aīalis. cum aīal ordinis
positione ⁊ pticipationis sit gen⁹ hōis. ⁊ sic
ē in aliis. quoꝝ eēntie sunt perfecte et abso
lute. hoc. n. mō album siue albedinem que
color albus ē dicimus speciem coloris esse.
q: utraqз positione. s. nature ordinis et pti
cipationis albedo ē sub colore. hoc ēt mō di
cimus triangulū eē speciem figure. cum sз
utraqз predicta triangulus sit sub figura.
De aliis autem generibus non ponemus
exemplum. q: esse non habent absolutum.
sed in cōparatione ad quedam alia diffiniū
tur. Sic ergo species ē φ̄ sub assignato gene
re posita est. dictū āt est in āte hito tractatu
φ genus est cui supponitur species. ⁊ sic ⁊ ge
nus p speciem ⁊ species p genus diffinitur ⁊
uidetur eē circularis diffinitio. ⁊ idē notius
⁊ ignoti' altero. ⁊ idē notius ⁊ ignoti' seipso
q: accidit idez diffiniri per seipsum. Cā. n.

dicitur. species est que sub assignato genere
ponitur species diffinitur per genꝰ. Et si lo
co generis ponatur diffinitio generis. sicut
dicit aristotiles in topicis. nūc species ē que
ponitur sub eo cui supponitur species. et sic
species est in diffinitione speciei. et sic idem
diffinitur ꝑ seipsum. qđ ualde videt̃ eē īcon
ueniens. Idem ēt accidit ꝑ illā generis dif
finitionem qua dictum est genus est quod
de differentibus specie in eo ꝙ quid ē predi
catur. si. n. tūc loco generis ponat̃ diffinitio
tunc species est qđ supponit̃ ei cui supponit̃
species et qđ de differētibus specie in eo ꝙ
ꝙ quid est predicatur. et sic iterꝫ idem per se
ipsum diffinit̃. Sꝫ adhuc dicimꝰ ꝙ si supra
in priori tractatu de genere. genus per diffi
nitionem assignātes in diffinitione generis
meminerimus spēm dicentes genus eē per
diffinitionem qđ de pluribus differētibus
specie in eo ꝙ quid eē predicat̃. Nunc autē
ēt spēm diffinientes dicimus speciem eē id
quod est sub genere. nosse ad huius dubij so
lutionem oꝫ ꝙ genus relatiuum uere est. ē
eīm gen us alicuius genus. et species alicu
ius species. ē. n. genus speciei genus. ⁊ spe
cies generis species. et iō relatiuoꝝ q̄ sunt
simul natura vnum diffinit̃ ꝑ reliquꝫ. quo
rum utrūqꝫ depēdentiam hꝫ ad alteꝝ neces
se est in utriorūqꝫ relatiuoꝝ nōībus in nōi
nibus et diffinitiōibus utroꝝūqꝫ. Non. n. est
inconueniēs ꝙ vnum relatiuoꝝum ponat̃ ī
diffinitione alterius et ecōuerso. Quod etiā
idem in diffinitione sui ipsius si loco nōis po
siti in diffinito diffinitio ponatur. qꝛ relati
uoꝝ eē est hoc ipsum ꝙ sunt ad aliquid se hē
re. et ꝙ ad aliud se hꝫ sm̄ eē qđ est. et cuꝫ dif
finitio dicat eē rei. non pōt diffinire sciri res
nisi ꝑ id ad quod se hꝫ. et sic oꝫ utrūqꝫ diffini
ri ꝑ reliquum. Tripl'r. n. relatiua ꝯsiderant̃
. s. inquātum simul sunt natura. et inquātū
sunt adinuicem dependētia. et inquantum
sunt ea que sunt relatiua per aliquam rela
tionem q̄ in ipsis est cātiua. Inquātum. n. si
mul sunt natura oꝫ necessario ꝙ vna natu
ra siue vna forma sit in eis que equa l'r sit in
utroqꝫ ipsoꝝ. et hec forma est ipsa relatio q̄
ut uia media sumpta est eadem per termi
nos aut differens in utroqꝫ relatiuoꝝ et ꝑꝫ
hoc paternitas et filiatio in medio idē sūt.
terminis āt differūt sicut motus et uia que
est de thebis usqꝫ ad athenas et de athenis
ad thebas. terminis āt differunt. ⁊ in patre
quidem qꝛ paternitas. in filio āt filiatio. ⁊
sic ē inter genus et speciem et ecōuerso. Si
āt ꝑm dependentiam vnius ad alteꝝ consi
deretur. non est inconueniens utrūqꝫ eē no
tius et prius ⁊ ignotius et posterius altero.
Inquātum. n. genus dependet per intellec

tum ad speciem dicitur genus non suꝫ sed
speciei genus. oꝫ ꝙ itellectus generis sumi
tur per speciem. et sic species notior ⁊ prior
est genere. Inquātum aūt species nō est sua
uel absoluta sed alterius species. et dicit̃ eē
generis species. genus erit prius et notius
q̄ꝫ species. Idez āt prius ⁊ notius eē reliquo
⁊ econuerso non ē inconueniens. non ꝑꝫ idē
sed ꝑm diuersa. hito. n. respectu generis ad
speciez species genere notior ē. Si āt hētur
respectus speciei ad genꝰ nihil prohibet ge
nus q̄ꝫ species notius eē. et sic utrūqꝫ per re
liquum diffinitur. Si āt ꝯsiderentur id quod ē
relatiuum ꝑm cām que relationem inducit
nihil prohibet vnum relatiuoꝝ eē cāꝫ alte
rius ⁊ non econuerso. sicut si ꝯsideretur per
sona que est pater ꝑm actum generationis.
ꝑ quam cā est filij nihil prohibet patrem eē
cām et non econuerso filium eē cām patris
qꝛ sicut dicit aristotiles decimo ethicorum
pater est qui sui aliquid hꝫ in filio. filius āt
nihil sui hꝫ in patre. Et hoc mō genus siue
id quod ē genus principiuꝫ speciei est per id
ꝙ genus est principiuꝫ speciei est ꝑ id quod
genus est in specie. differentia constitutiua
formatiua ⁊ distinctiua. Species āt nihil
sui hꝫ in genere per modum illū. et sic vnū
diffinitur ꝑ reliquum ⁊ non econuerso. ⁊ hec ē
distinctio alfarabij et auicene. Dicendum
est ergo ꝑm eos ꝙ quedaꝫ diffinitio relatiuo
rum est sicut demonstrationis medium. et
quedam sicut conclusio. Illa. n. que datur d̾
relatiuo ꝑm ꝙ vnum est cā alterius. et non
econuerso est sicut demonstrationis mediū
uel sicut demonstrationis positione differens.
Illa āt qua relatiua per se inuicem diffiniū
tur est sicut conclusio. quia. n. pater generā
do cā filij ē. ex hoc ꝯcluditur ꝙ pater filij pa
ter est. ⁊ diffinitur per filium. et quia filius
a patre genitus est inde est ꝙ filius non sui
ipsius sed patris filius est. et diffinite nō co
gnoscitur nisi per patrem. ⁊ sic est inter ge
nus et species. quia ex hoc ꝙ genus pricipi
um speciei est concluditur ꝙ genus non suū
sed speciei genus est. ⁊ ex hoc ꝙ species prin
cipiata est a genere hoc modo principiandi
quo genꝰ mediante differentia d̾terminātē
⁊ distinguēte genus constituat speciem con
cluditur ꝙ species non sua sed generis spe
cies est. ⁊ sic diffinite non cognoscitur nisi per
genus. hoc igitur modo ea que uident̃ esse
inconuenientia nihil habent de inconueniē
tia. sunt. n. primo simul uera. Secundo mō
vnum est prius altero. Tertio autem modo
utrumqꝫ prius alio ⁊ econuerso diuersis re
spectibꝰ. Plurimi āt ⁊ maxime peripateti
ci quos hic imitamur ad hec ēt sic assignāt
diffinientes spēz dicētes ꝙ spēs ē que ponit̃

sub genere. et de quo genus in eo q quid sit predicatur. Et pz q in hac assignatione duo sunt de ẽẽntia speciei. vnũ quidem sm q species principiat et ꝯstruitur a genere. sic. n. per determinationẽ differentie constitutiue species ponitur sub genere e t ordine ꝛ partici patione. Alter ãt est sm ordinez speciei ad genus speciẽ ipsam ꝯstituens. sic. n. genus ẽ quod predicatur de specie hoc mõ q rñdet ad qõnem quid sit. ꝛ non ad qõnem factaz p quale. cuius rõ iam ante dicta est. qꝛ gen⁹ in õi eo in quo est p participationem ẽ qd et non quale. est. n. primũ subiectuz differẽtijs essentialibus determinatũ et distinctũ ad eẽ speciei. Subiectum aũt quod substat in esse rei non põt eẽ quale sz quid. pp qõ ẽt ipsum cõe sit determinatũ et distinctuz nõ qualequid dicitur. Quis non sit hoc aliqd. ergo cãẽ q duo sunt in assignatione siue dif finitione eius. Considerat. n. dupl̃r. s. sz cõ stitutionem ipsius a genere. ꝛ sm ordinem ad genus ꝯstituens qõ est ens rõne ipsius. ꝛ quia p ꝯstitutionem accipit ordinez. iõ opor tuit poni in assignatione qõ põit sub genere qꝛ ex hoc cãtur q genus de ipsa in eo q qd sit predicat. Si ãt qs ꝯtra hãc assignationẽ obiciat q ẽt indiuiduum ponit sub genere. ut sortes sub aiali. de quo genus in eo q qd predicatur. ꝛ sic indiuiduum uidetur eẽ spe cies sic diffinita. Dici põt q indiuiduũ non ponitur sub genere positiõe imediata. Spe cies ãt immediata positione ponitur sub ge nere. Sed tunc obiciũt qdaz de indiuiduo generis. hoc. n. sub genere ponitur imedia te. ut. s. hoc aial sub aiali. non. n. hoc aial est mediante specie. Quis forte hoc aial sit hic hõ uel ille. ꝛ sic uidetur q hoc aial sit species qõ fĩz ẽ. Ad hoc ãt quidã dicũt q est positio ordinis et ẽ positio participationis. ꝛ qũtũ ad positionem participationis indiuiduum gene ris imediate ponitur sub genere. qꝛ uõ me diante specie participat indiuiduũ generis na turam. sed se ipso genus participat ab ipso et sm positionem coordinationis predicabilium ꝛ scibilium. dicũt q non ponitur ime diate sub genere nisi species. ꝛ indiuiduum per speciem qõ p⁹ speciem ordinatur. Sz hec solutio non est perfecta. qꝛ participatio est cã ordinis. In oĩbus. n. participantib⁹ ꝛ p ticipatis participatum est supius in ordine predicabilium. et participãs est inferius et subiectum. ꝛ ideo si immediatum ẽ in parti cipatione. erit ẽt immediatum in ordine. p pter quod aliter dicioz. q est positio que to ta principiatur ex genere sm id qõ est in ei⁹ p̃te. et sic species ponitur sub genere na q genus est principium sue positionis. Et ẽ ositio q̃ non cãuatur a generẽ sed poti⁹ ex

materia. ꝛ hec est indiuidui positio. et ideo hec non sic ponitur sub genere q genus sit il lius positionis principium. vñ cum dicitur que ponitur sub genere illa prepositio. sub. non tñ notat ordinem sed ẽt eãm positionis siue principium. Aliꝛ aũt auicena hanc ipu gnat diffinitionem. punctũ. n. species ẽ que dam. ꝛ tñ non ponitur sub genere. nec d ip sa genus predicatur sicut quãtitas. nec pre dicatur de puncto in eo q qd sit. Sed hec i stantia nulla ẽ. qꝛ punctus non est in genere ut species quãtitatis. sed ponitur ut termin⁹ ꝯtinuationis. unde q dicitur q punct⁹ spe cies quedam ẽ sĩm est. qꝛ si eẽt species esset quantitas. quod ẽ falsum. hic ãt modus spe ciei translatus ẽ a naturalibus et politicis. qꝛ in phisicis dicitur species ex potẽtia ma terie ad eẽ determinatum ut hõ et asinus. Et in politicis dicitur species per elegantiã forme et stature et figure dignitati uel indi gnitati idoneam sicut in ante habitis dictũ est. Amplius aũt sic quoqz assignant speciẽ in phia. Species est quod de plurib⁹ diffe rentibus numero in eo qõ quid sit predicat. Et sicp z q hec assignatio de specie est sm q species est predicatum. anterior autem d ipsa data est inquãtum est sbm. nec est incon ueniens plures eiusdem rei esse assignatio nes sm diuersa uel diuersos modos uel rõ nẽs que sunt in ipsa. cum tñ vna sola sit eius diffinitio sm quiditatem et substantiaz da ta. sicut vnum est esse et substantia et quidi tas. Dicit aũt auicena q cum dicitur q de pluribus differentibus numero predicatur intelligendum cũ precisione ut additur dif ferentibus numero solo. ꝛ tunc non tenet qõ obicitur de genere. qꝛ genus d pluribus dif ferentibus numero predicatur. non. n. pre dicatur genus de pluribus solo numero dif ferentibus. sed ẽt de differentib⁹ specie. hec quidem solutio est auicene. Posset tñ ut ui detur melius dici q id quod predicatur. p dicatur ut principatum et qõ participatur alio quodam prius participato predicatur per aliud et non per se ipsum. vnde cum in diuidui participatione non participet ime mediate nisi species de differẽtibus nume ro non predicatur immediete nisi species. Differentia enim numero sunt differẽtia non per differentiam diuisiuam sed per ma teriam ut dicit aristotiles. talis autem diui sio non est propria generis sed speciei specia lissime. et ideo non proprie predicatur d dif ferentibus numero imediata diuisione. nõ enim genus diuiditur et multiplicatur per materiam. sed per differentias secundum formam suam ipsum genus diuidentes. Pz ergo q hec ultima speciei assignatio so

lum ꝯuenit speciei specialissime. q̄ non predicatur nisi de differentibus numero solo. alie uero assignationes in antedictis posite non sunt speciei specialissime sed et specierum non specialissimarum. hec sunt igitur assignationes date de intētionibus speciei.

Alfarabius et auicena duas hic dubitant q̄ōnes. Una quidem quia cum due sunt assignationes. vna speciei subalterne. altera speciei specialissime. ad quam illarum nomen speciei prius translatum sit a similitudine ista qua species dicitur vniuscuiusqz forma et speciositas. Altera autem est quod cum due sint speciei diffinitiones ut dictum est. secundum quam illarum species est vle vnum de quinqz vlibus que in antedictis enumerata sunt. Et circa solutionem prime q̄ōnis dubitationis inuenit auicena. et nescire se fatetur. ad quam primo significandā translatum sit nomē speciei. Species. n. subalterna que sub assignato ponitur genere. et de quo genus in eo quod quid sit predicatur prius occurrit descendētibus. et ab vno quod principiū speciei est in multitudinem uenientibus tunc enim subalterna species est ad quam primo format et distinguitur generis potētia. Et sic uidetur quod nomen speciei translatum est ad illam. Adhuc autem id quod primo occurrit intellectui est genus. et sic per diuisionem deuenitur ad speciem. patet autem quod prius occurrunt ea que sunt et genus et species quam illa que est species tantum. uidetur ergo nomen speciei prius translatū esse ad illam. Ad oppositum autem huius est quod formatio potentie generis secundum substancialia perfecta non est nisi in specie specialissima. id. n. quod est formatum in specie subalterna adhuc est in potentia ad alteram formam. ergo sue nature plenam nō habet speciositatem. Id autem minus transfertur nomen plene est speciositatis. ita quod secundum illam rei attribuimus dignitatem secundum felicitatem dictam et determinatam. uidetur ergo quod nomen hoc prius trāsferatur ad speciem specialissimam. que perfectam habet sui generis et potentie formationem. Inter has rōnes dubitare se dicit auicena. quod potissimum dicatur. utrumqz. n. dicit rōnabiliter posse dici secundum inductas rōnes. Sed sine preiudicio dici pōt quod cum translationes secundum similitudinem fieri debeant. quod magis proprie et prius transfertur nomen speciei ad speciem specialissimam quam ad speciem subalternā. Species. n. subalterna aliquid habet generis et aliquid potentie. et aliquid priuationis. nec tota est deducta ad speciei dignitatem. sicut species specialissima. Et quod dicitur descēdentibus prius occurrit species subalterna. nihil facit ad translationem nominis. translatio. n. non fit per rōnē diuisionis. nec etiam per rōnem resolutionis uel etiam compositionis. sed per solā rōnē similitudinis. rōne autem similitudinis planum est quod prius transfertur ad speciem specialissimam posterius ad speciem subalternam. De secunda autem q̄ōne dubitare uidetur auicena. scilicet secundum quam illarum diffinitionū species habeat quod est vle. quamuis ualde modica uideatur esse rō dubitationis. Secundum primam. n. speciei subalterne diffinitionem species subiectum est et nō predicatū. vle autem secundum quod vle est et est et diffinitur in rōne predicati et non subiecti. uidetur ergo quod species per rōnem illam qua subiectum est non habeat quod sit vle. et cōceditur fere ab omnibus antiquis. quod tamen aliquibus uidetur non esse uerum. quia scimus quod aristotiles in topicis in quibus docet terminare de omni problemate. nō docet formare uel terminare problema de specie. eo quod in omni problemate subicitur species. et sic uidetur quod species in eo quod species est subiectum habet in problemate et non predicatum. Adhuc species secundum quod specialissima est non predicatur nisi de differentibus numero solo. que autem numero solo differunt sensibilia singularia sunt et eorum non pōt fieri disciplina nec substātia igitur uidentur esse nec predicata in disciplina. cuius signū est quod scientia de predicabilibus usqz ad illa non descendit nisi accipiantur uniuersalia in natura et specie cōi. ut aliquis homo et aliquis bos. Et sic uidetur quod species per se non predicatur de indiuiduo sed per accidens. accidit. n. speciei in indiuiduo esse. et sic accidit ei predicari. Ad hec autem et similia uidetur quod esse vle in rōne predicati habet determinare. vle enim secundum quod vle est diffinitur quod est in multis et de multis non autem est de multis nisi quia predicatur de illis. Et ideo species habet quod est vle per diffinitionem illam qua diffinitur ut predicatum et non illā qua diffinitur ut subiectū. Quod autem dicitur quod species subiectū est in problematibus dicendū quod uerum est hoc. quia problemata nō formantur nisi de his que insunt speciei uel simpliciter ut accidens uel ut genus assignatū de specie. uel ut proprium quod sunt de natura speciei. uel ut diffinitio que totum dicit esse speciei. Et hac consideratione species non est vle. est autem vle secundum quod est predicatū. Et quod dicitur quod species specialissima non predicatur nisi de his que differunt numero solo in quibus speciei accidit esse. Dicendum quod non sic accidit speciei esse in indiuiduis quod sit accidēs eis uel accidēs in ipsis. quia sicut dicit boetius. species est totū esse indiuiduorum uel indiuiduorum esse naturalis similitudo. Et ideo indiuidua pōt dupliciter accipi. scilicet uel ut particularia in materia determinata. uel ut res nature cōis in qua stat. uel in qua stat nature fluxus quo fluxus est nature diffusio. et sic indiuiduū sic sumitur ut aliquis homo et hoc indiuiduū proprie et per se sibi est. et est ibi species. et hoc modo primum predicatū de ipso est

species ⁊ scđm φ apta nata est eē in pluri
bus scđm totum eē substantiale sic est vle.
Et sic diffinit̃ qñ dicit̃ φ spēs est q̄ p̄dicat̃ d̃
pluribus numero differentib⁹ i eo q̄d quid ē.
p hoc aūt φ aliud p̄dicatur de specie cui sup
ponit̃ accidit spēi φ sit vle. d̃ q̄ᵃ. n. aliud p̄
dicat̃ pōt eē vle ⁊ ñ pōt eē vle. Sic g° dictū
est de intentiōib⁹ spēi et assignatiōibus suis
diffinitiōibus que date sunt de itentionib⁹
illis. hoc aūt sub cōpendio colligi pōt. ut di
catur φ scđm vulgarem in phisicis uel po
liticis usum uel cōsuetudinem spēs dicitur.
q̄ est vniuscuiusqȝ forma siue formositas. s̃ȝ
quam intentionē speciei vulgariter dictum
est φ species siue speciositas primū digna ē
imperio. Dicit̃ aūt ad huius aliquā similitu
dinem species apud ph̄os in eo que ē sub as
signato siue certo et determinato genere po
sita per differentiam constitutiuā que gene
ris potestatem determinat et coartat ad ac
tum ad quē prius fuit in potētia. s̃m quam
intentionē speciei solemus in plā hoiem q
dem spēm eē aīalis cum sic gen⁹ assignatū
hois. aīal albū siue albedinē solemus dice
re coloris spēm eē. cum assignatum genus
albedinis sit color. Et s̃m quā solem⁹ dice
re triangulum eē speciē figure cum figura
sit genus assignatum. Qd̃ ñ ēt supra in pre
cedenti tractatu qui de genere h̄itus ē gen⁹
per diffinitionē assignantes speciei memini
mus ponendo spēm in generis diffinitiōe.
qñ dicimus φ genus ē q̄d de differētib⁹ spē
predicat̃ in eo q̄d quid sit. Et nūc tractādo
de specie dicimus φ species ē id q̄d ponitur
sub genere. ⁊ sicut genus ponimus i diffini
tionem speciei nemo reputet hoc incōueni
ens. In talibus. n. nosse oȝ qñ et genus nō
ē absolutum sed relatiuum. ideo genus ali
cuius ē genus. ⁊ species est non absolutum
q̄d. sed species alicui⁹ species ē. q2 generis.
Et iō necesse ē in utrorūqȝ. s. generis et spēi
rōnibus diffinitiuis utriusqȝ uti. ita φ genus
in diffinitione speciei ⁊ species in diffinitio
ne generis ponat̃. Assignant ergo ph̄i p dif
finitionē predictas itentiones de specie etiā
sic speciē diffinientes. Species ē q̄ ponitur
sub genere. et de qua genus in eo q̄d q̄d pre
dicat̃. p̄dicat̃ enī ut substātia. ⁊ subiectū in
specie. q̄d differētia constituēnta īdiuiduat̃
⁊ format̃ in specie. q̄d ē q̄d speciei ⁊ non qua
le. Amplı⁹ adhuc ipsi ph̄i sic quoqȝ assignāt
diffinientes speciē. Species ē q̄ p̄dicatur
de pluribus differētibus numero in eo q̄d
q̄d. ⁊ sic ē formale q̄d īdiuiduor̄. et totū eē
ipsor̄. eē. n. q̄d est p⁹ speciē in īdiuiduis ē et
de indiuiduātibus. ⁊ non ē idem eē simplr.
q2 materia nulli dat eē. nec ē ꝓprie de esse.
sed eē ē actus cēnne l eo q̄d ē materia. et iō

materie non est predicari. q2 i ante habitis
iam diximus φ non predicatur nisi forma
nec ē is forma predicat̃ s̃m φ forma. sed for
ma totius. nec adhuc forma totius ut forma
totius p̄dicat̃. sed inquan. ñ ē notio totı⁹ eē
uel in potentia uel in actu. Inter hanc in as
signationem ⁊ predictam speciei dr̄ia ē. q2
hec secūda assignatio ē solum speciei specia
lissime. Alie vero due precedentes ꝯueniūt
⁊ speciebus non specialissimis. quid aūt hic
dicitur sit non pōt sciri nisi ponat̃ tota ordi
natio predicabiliū i generalissimis et specia
lissimis et mediis. et ad hoc deinceps at
tingemus.

Ua aūt arte inueniant̃ species spe
cialissime s̃m diuersas intentiōes
de q̄bus dictū est planū et manife
stum erit. sed modo in vnoquoqȝ. n. p̄dicamē
to s̃m oīa genera predicamentor̄ sunt q̄daȝ
in supremo s̃m totam illius generis predi
cabilium coordinationem. que dicuntur ge
neralissima nonqȝ in vno sunt plura. q2 hoc
impossibile est. Et id q̄d p supabundantiaȝ
dicit̃ in vno ordine rex nisi vni soli pōt con
uenire. sed φ in quolibet genere ē vnum. ⁊
in eodem ordine predicabilium sunt quedā
s̃m suas cōitates et vlitates infima que di
cunt̃ specialissima. et in quolibet sunt plura
pp̄ hoc q2 quāuis specialissima i vno ⁊ eodē
genere predicabiliū necesse est stare l vno
ubi resoluuntur ad vnū. non tñ pp̄ hoc s̃ȝ ui
am diuisionis ⁊ compositionis que ab vno
incipit necesse est φ diuisio stet in vno sicut
i infimo. q2 diuisio multis viis procedit ex
vno. ⁊ ille uie non uniūtur nisi per diuersas for
mas ⁊ oppositas q̄ differentie uocāt̃. quas
vniri ad vnum est impossibile. et iō diuisio
ex vno stat in multis ultimis. et q̄libet
illor̄ est indiuisibile s̃m formam non habēs
sub se cōe. ⁊ iō q̄libet illor̄ ē specialissimū.
In tali aūt predicabilium ordine supremū
iō dicit̃ generalissimum. q2 non h̄ȝ supra se
genus superius superueniēs sibi. q̄d ut gen⁹ p̄
dicetur de ipso. Specialissimum aūt dicit̃
q̄d in tali ordine est indiuisibile s̃m formam
et nature potestatem. pp̄ q̄d sub se nō h̄ȝ aliq̄
quod cōe q̄d sit species. et modum predicā
di h̄eat speciei. Omnis sub se h̄eat indiuidua
in quibus omnibus est ipsa species s̃m totū
suam eē et s̃m totam suam potestatē. hoc
autem modo ut in ante habitis dic̄imus est nō
est genus in speciebus. in nulla. n. specie h̄ȝ
se est genus s̃m totum ambitū sue p̄tatis.
nec aliquis miret̃ φ p intentionem loq̄ntes
dicim⁹ generalissimū generalius ⁊ genera
le. ⁊ spālissimū spālius spāle. q2 sicut i an̄ h̄i
tis determinatū ē id vle q̄d ē genus p acci
dēs q̄d cāq̄ q̄d sibi accidit gen⁹ uocat̃ ⁊ illa

põt itendi ꝛ remitti in alle ſm prius et po
ſterius dicta intentione potius ꝙ̃ ſm acceſ
ſum ad terminũ aliquem uel receſſuz ab il
lo. magis. n. genus eſt id quod i oībus gen⁹
eſt ꝙ̃ id quod genus eſt ad quedam. et ſimi
liter ẽ de ſpecie quod magis ẽ ſpecies qḋ oĩ
bus eſt ſpecies ꝙ̃ id quod non ẽ ſpecies niſi
ad quedam. Inter generaliſſimum autem
in ſummo et ſpecialiſſimum in infimo ſunt
media quedam. eadem in ſubſtantia exiſtẽ
tia ſunt genera et ſpecies. ſed ad aliud ꝛ ali
ud comparata ſunt per comparationez ſup
ra. Gratia aũt exempli põt hoc in vno p̃di
camento eẽ manifeſtum ut in aliis omnib⁹
ſimiliter eẽ intelligaẽ in ordine predicabiliũ
que ſunt in ordine ſubſtantie. In genere ſub
ſtantie primo ponitur ſubſtãtia que ſine cõ
uerſione ut genus predicaẽ de oībus que in
genere ſunt ſubſtantie. ꝛ iõ generaliſſimum
eſt uocatũ. primum aũt quod ſub hac poni
tur ꝑ differentiam ꝯſtitutiuam eſt ſubſtãtia
corporea q̃ uocatur corpus. Cum aũt iterũ
corpus per aiatum et inaiatum diuiditur.
primum ſub hoc cõi quod eſt corpus conſti
tutum ẽ corpus aiatum. qḋ vno noĩe viuz
uocatur cõtate ſua ambiens ꝛ uegetabilia
ꝛ ſentientia que dicũtur aialia. Corpus aũt
aiatum iterum ꝑ oppoſita diuidiẽ. ſ. ſenſibi
le et inſenſibile. et cũ adiunctum fuerit cor
pori aiato ſiue uiuo ſenſibile primum ſub
ipſo poſitum erit animal. Cũ uero animal
iterum per rõnale ꝛ irrõnale diuiduur que
ſunt oppoſita differentie. ꝛ rõnale adiunctũ
fuerit aiali fit rõnale aial complectẽs deos
ſm ſtoicos et hoies. cum autem ipſum qḋ ẽ
rationale animal. per mortale et inmorta
le diuiditur. ꝛ mortale iunctum fuerit ani
mali rõnali conſtituiẽ homo. qui cũ ulteri⁹
per differentiã non eſt diuiſibile. qꝛ ꝑꝫ totaz
ſue nature poteſtatem ẽ in quolibet ſuorum
ſuppoſitoꝝ. Sub hoie ergo non ẽ cõe aliqḋ
ſed particularia. ut ſortes et plato qui ſunt
particulares hoies. Sed iter omnia ſubſtã
tia quidem eſt generaliſſimum. ꝛ ideo ẽ id
quod eſt tãtũ genus. qꝛ nullo modo põt fie
ri ſpecies. omnis. n. ſpecies eſt q̃ ſub aſſigna
to genere ponitur. Et cũ ſubſtantia non ha
beat ſuperueniens genus. conſtat ꝙ non po
teſt fieri ſpecies. homo uero inter hec ẽ ſpe
cies ſpecialiſſima. et que nullo modo poteſt
fieri genus. cum. n. genus ſit ſicut i ante ha
bitis dictum eſt. cui ſupponiẽ ſpecies. ꝛ cuz
nihil cõe nec genus nec ſpecies ſupponatur
homini in quo homo ſit ſm partem ſue na
turalis poteſtatis. ꝛ non ſm totuz. patet ꝙ
homo nõ põt eſſe genus. eſt ergo ſpecies ſo
lum et non genus. Omnia autez iter media
inter ſubſtantiam que eſt genus tãtum ꝛ ho

minem qui eſt ſpecies tãtum ſunt ſimul ge
nera et ſpecies reſpectu diuerſorũ. ſicut cor
pus ſiue ſubſtantia corporea que proxima ẽ
ſubſtantie in ſupremo. Eſt quidem ſpecies
ſubſtãtie. qꝛ ſpecies eſt que ſub aſſignato ge
nere poniẽ. genus uero eſt idem corpus cor
poris animati ſiue uiui eũ genus ſit cui ſup
ponitur ſpecies. ꝛ in qua genus ẽ ſm partez
ſue naturalis poteſtatis. omnino autez eo
dem mõ id quod ſubſtat tertium eſt i ordie
ſm deſcenſum a ſubſtãtia quod ẽ corp⁹ ani
matum ſiue viuuz ꝛ ſpecies quidem corpo
ris cui tanq̃ꝫ generi supponiẽ. genus uero ẽ
aialis. quia ſibi animal tanq̃ꝫ aſſignato ge
neri ſupponiẽ. Animal uero ſm ſtoicos ſpe
cies quidem ẽ animati corporis ſiue uiui. ge
nus uero eſt aialis rõnalis eo ꝙ non hẽm⁹
vnum nomen quo id cõe ſignificamus. qḋ
continet hominem et deos. qꝛ ſm ſtoicos
corporea ſunt aialia. ut dicit apuleius in li
bro de deo ſocratis. homo uero ſpecies qui
dem eſt aialis rõnalis. quia illi tanq̃ꝫ gene
ri aſſignato ſupponitur. genus autem non ẽ
alicuius. quia in nullo cõi quod poſt ipſum
ſit eſt ſm partem ſue naturalis poteſtatis
ſed in quolibet ſm totum eẽ. et ſm totuz eẽ
ſue poteſtatis. patet ergo ꝙ eſt ſpecies ani
malis rõnalis. ꝛ non ẽ genus ꝑticulariuz ho
minum. Sic ergo ꝑꝫ ꝙ omnia hec triplicẽ
hñt modum et ſue poſitionis rõnem. vnuz
quidem ſupremum quod non põt eſſe ſpeci
es. aliud inter cõia infimum idiuiſibile ſm
ſue nature poteſtatez. Et inter media que
reſpectu ſuperioꝝ ſunt ſpecies reſpectu infe
rioꝝ ſunt genera. Comparemus ergo extre
ma ad inuicem. ꝛ dicamus ꝙ quẽadmodũ
ſubſtantia cum ſuprema ſit cum ſupra eam
nihil ſit quod poſſit eſſe genus ad ipſam. et
ideo genus ẽ generaliſſimuz. Sic. n. hõ qḋ
infimum eſt in hac ordinis diſpoſitione eſt
ſpecies poſtquã non eſt alia inferior ſpecies
ad quam poſſit eẽ genus. Cum non poſt ho
minẽ ſit aliquid eoꝝ cõium ꝙ differẽtiis op
poſitis poſſit diuidi. uel i quibus ſit ſm ꝑtez
ſue naturalis poteſtatis. ſed ſola indiuidua
que idiuidua ſunt poſt hominẽ. Indiuidua
enim ſunt ſocrates et plato que idiuiſibilia
ſunt. non quidem ſm materiam et quãnta
tem. ſed ſunt idiuiſibilia ſm formam ſue cõ
munitatis et ſm poteſtatez. qꝛ homo remã
net in quolibet eoꝝ ſm ſuum eſſe totum. et
ſm totam ſue nature poteſtatez. ꝛ ideo erit
ſpecies ſola que non poterit eẽ genus. ꝛ erit
ultima ſpecies i qua ſtat huius formalis ſꝫ
poteſtatem diuiſio. ꝛ erit ſpecies ut dictum
eſt ſpecialiſſima. Ea uero que ſunt i medio
iſtorum extremoꝝ ad utraq̃ꝫ referuntur ex
trema. Eoruz. n. que ſunt ſupra ipſa i ordie

secūdum ascensum sunt species ⁊ subiecta se
cūdum illā rationē speciei qua species dicit
que sub assignato genere vel e posita est ⁊ de
qua genus i eo ꝙ quid est p̄dicaẗ. Eorum
vero que post ipsa sunt i ordine ipsius posi-
tionis secūdum descēsum erūt genera. secū
dum illā generis diffinitionē qua dicit ꝙ ge
nus est cui supponit species. Relinquitur
ergo ex his ꝙ illa quidē que sunt media du-
as habēt habitudinū ꝯperationes. Habent
enim hitudinem ad priora scḋm ascensum.
secūdum quā habitudinē prior species esse
dicunt. Habēt etiam habitudinē ad poste
riora secūdum descēsum secūdum quā habi
tudinē posterior genera esse dicunt. In pri
ma enim hitudine sunt i ipsis scḋm esse et
eēntiam sua superiora. ⁊ sunt de ratione ipso
rum sicut genera sunt de ratione sp̄erum.
In secūda uero habitudine ipsa scḋm essen-
tiam suam ⁊ secūdum suum eē sunt i poste-
rioribus. ⁊ sunt de rōne ipsoꝝ. sicut genera
sunt de rōne specierū. Et hec est causa ꝙ in
priori habitudine sunt species ⁊ in secunda
habitudine sunt genera. Attēdendum autē
est ꝙ hec media alterius rationis sunt quaz
media que dicunt p participationē extrēoꝝ
sicut i coloribus ⁊ saporibus ⁊ odoribus sūt
media illa enim qꝛ participatione vtriusqꝫ
extremi media sunt ab extremis causantur
⁊ p̄ticipant. Et ideo secūdum naturā poste
riorum sunt vtrorūqꝫ extremoꝝ. Ista autez
qꝛ nō participatione media sunt. sed ordinis
⁊ positionis inter extrema. qꝛ quodlibet me
diū est in toto primo vl'r ⁊ posterius in to-
to medio vl'r. ideo superius quidē causa ē
⁊ principiū medij. ⁊ mediū principiū ē cau-
sa posterioris. Et iō mediū natura est poste
rius superiore ⁊ prius est inferiore. ⁊ mediū
p̄ticipat totum superius. ⁊ participat totū
ab inferiori. ⁊ non p̄ticipat vtrunqꝫ extremo
Differẽtie ãt et accidenti ut dicit porphirius cõe ẽ de pluribus p̄dicari inq̄ntum vtrũq3 illoꝝ vl'e est. hoc. n. q̄d õi quidem ꝯuenit vl'i inq̄ntũ ẽ in multis et de multis. Ad isepabile ãt accidens sp̄alit̃ h3 dña cõitatẽ q̄. s. iã dña q̄3 insepabile accidens sp̄ adest oibus de quibus p̄dicat̃. q̄d exẽplo ꝓbatur et inductiõe. q̄z bipes semper adest coruis cum sit dña de coruis et hoib' p̄dicata. nigrum ẽt ẽẽ q̄d tanq̄3 accidens inseparabile predicatur de coruis sp̄ adest coruis q̄3uis ẽt posset fieri coruus albus vl' erte vel arte tñ q̄z coruus non tñ noiat sp̄em sed in tali cõplexione que cã nigredinis ẽ designatur subiectuz materiale. inest accidẽs noiato tali subiecto semp est accidẽs insepabile. In hoc ẽt drñt dña et accidens. q̄z dña quidem ꝯtinet ambitu sue cõitatis ea d' quibus predicat̃. Continere. n. est ea de quib' predicatur intra suam cõitatem claudere. ꝯtinet ergo dña et non ꝯtinetur ab his d' quib' predicat̃. Sic. n. ꝯtinet hec dña q̄ est rõnale totum hoiem et ꝑticularia ipsius. accidentia vero nec ꝓprie nec vere sed q̄dam mõ ꝯtinent quedam eoꝝ de quibus p̄dicantur s̄m q̄ in plibus sunt et excedunt ea de q̄bus predicant̃. Quodã ãt mõ ꝯtinent ea q̄z s̄ba eoꝝ de quibus predicant̃ non oia susceptibilia sunt hoꝝ plurimoꝝ. et iõ ꝯtinet quib' inest et excedit ab his quibus nõ inest. albũ. n. p̄dicatur de hoibus albis et quodãmõ ꝯtinet ea. de non albis ãt non predicat̃. et aliquis hõ est non albus. et q̄dam album non ẽ hõ q̄z põt esse in alio s̄bo q̄3 in hoie. iõ cum d' hõ est albus hõ ꝯtinetur. sed ista ꝯtinẽtia non ẽ ꝓpria. q̄z ꝯtinere est forme s̄balis. et iõ accidens inq̄ntum ẽ forma ꝯtinet. inq̄ntũ ãt est accidens fluidum h3 esse et cõtinet̃ a s̄bo. et s̄mo quidem porphirii obscurus est, sed hunc quem dixi uariorem eo puto esse itellectum. Alia ãt adhuc est dña iter differentiam et accidens. q̄z dña quidem non ẽ intẽsibilis et remissibilis sicut p3 ex supra dictis ubi ẽt soluta sunt q̄ ꝯtra hoc dictum obiciuntur. accidentia ãt magis et min' suscipiunt eo q̄ cãs hñt materiales et s̄m se ipsa nõ sunt noiantia rem suaz in termino. et hec oia plana sunt ex supradictis. Adhuc ãt alia dña q̄ impmiscibiles sunt ꝯtrarie dñe ad alicuius speciei ꝯstitutionem ex rõnali cã et irrõnali non ꝯstituitur aliqua species vna. Contraria ãt accidentia sunt ad alterius cõstitutionem. sicut si miscerentur ꝯtrarii colores et sapores ad mediu ꝯstitutionem. Et si obicitur q̄ ẽt colores ꝯtrarii contrarias hñt dñas et species. dicendum q̄ hoc mõ quo colores et dñe coloꝝ ꝯformales ꝯsiderantur.. ꝑ que color in genere qualitatis ordinatur. hic non loquitur sed potius de ẽẽ materiali accidentis put ẽ vl'e predicatum de his q̄ denoiantur ab ipso. sic ãt ꝯstat q̄ recipit itẽsionem et remissionem per ꝯtrarii admistionem vel ꝯtrarioꝝ ul' depurationem q̄ alb' est hoc mõ nigro impermistius. ut d' i primo topicoꝝ. cum ãt recipit magis et minus recipit illud aliq̄ũ q̄d recessit a ꝯtrario sicut malum prius q̄d recessit a bono. aliq̄ũ autẽ q̄z accessit ad terminum ut bonum melius q̄d summo bono ẽ ꝓpinquius. aliq̄ũ ãt ꝑ3 cõtrarii admistioneꝫ. ut albũ albius. ut dictũ est. huiusmodi ergo sunt cõitates et ꝓprietates et dñe ceterorum vl'ium.

Post hoc sequitur dicere ꝯuenientias et differentias speciei et ꝓprii. In quo. n. sp̄es differat a genere et a dña dictum est prius in cap'lis in q̄b' diximus q̄nogenus differret a ceteris vl'ibus. et q̄uo dña differret ab aliis. diximus ergo q̄ sp̄ei quidẽ et ꝓprio cõe est de se inuicẽ p̄dicari. q̄d p3 per exemplum. q̄z si hõ est risibile est. et econuerso si risibile est. hõ est. cu' ꝯuersionis cã ẽ. q̄z sp̄es principiis substãtialibus ponit aptitudinem quare ꝓprium est ꝑ primum sicut cã ꝓpinqua et adequata ponit effectum. sil'r ipsa aptitudo que ẽ ꝓprium de relinquit tale s̄bm. et põit ipsum. sicut effect' ꝓprius et cãe adequatus ponit suaz cãz. hoc et facit ꝓprium q̄d est risibile. iõ q̄ñ non d' s̄m actum ridere. sed d' s̄m aptitudineꝫ s̄3 quam natum ẽ. et hec aptitudo semper est i s̄bo ꝓpriĩ. sicut sepe iam in ante hitis dictũ est. Secunda ãt ꝯuenientia est equal'r ꝑticipari. et non s̄m magis et minus ab his q̄ ꝑticipant. sp̄es et sil'r ꝓpria equal'r participant̃ ab his quoꝝ sunt ꝓpria. nec hoc facim' hic in participatione ꝓprissime dcã. large. n. dicimus participare esse id q̄d aliquid h3 i se ipso. et participata esse id q̄d inest alii siue ꝑ se insit siue ꝑ accidens. His ãt oib' sp̄ei et ꝓprio cõib' assignatis assignãda sunt i quib' differunt ad inuicem. Dicimus ergo q̄ species quidem in hoc differt a proprio. q̄z ea q̄ est species ad vnum ad aliud põt esse gen'. sed hoc non est uerũ de specie specialissima proprium ãt cum sit huius speciei propriũ que est specialissima impossibile est ꝓprium

esse aliarum specierum. si tñ est pprium spe
subalterne que est genus ad aliud non est im
possibile esse pprium illarum specierum que ptinent
sub illa. ut dicit auicena. vñ in hac dña ac
cipit porphirius speciem non specialissimam.
Nõ aliarum i assignatione dñarum non fecit
pprium ãt refert ad speciem specialissimã cũ
aũ posuerit subalternam. et iõ qd dicit nõ sa
tis est sm artem dictum. Scda ãt dña est q
species quidẽ per intellectum et naturaz añ
subsistit inest et sba q̃z proprium. pprium ãt
posterius iam sumpta spe sm esse sicut i spe
cie ex principiis speciei iam in natura subsi
stentis. hoc ãt exemplo pbatur. qz oz hoiez
prius esse ut ex illo cãet risibile. et iõ hõ recipi
tur in diffõne risibilis. sicut recipitur sbm in
diffõne passionis. Amplius tertia est dña
q species quidem semper actu est in sbo d quo
predicatur. qz participatur actu. cum sit to
tum esse eius de quo predicatur pprium nõ
aliqñ actu inest pẽate ãt aptitudinis semp
inest. qd exemplo docetur. qz sortes semper
actu est hõ hũana opans et agens. nõ sp vero
ridet. q̃tum de nature aptitudie sp sit risibi
lis. Amplius aũt quarto dñt qz quorũ
sunt termini siue diffõnes dñtes et ipsa dif
finita sunt dña. diffinitio ãt spei ols est q sit
sub assignato genere. et diffinitio spei specia
lissime est q de pluribus solo numero dñti
tibus in eo q quid sit pdicabilis et cetera hu
iusmodi q̃ in tractatu de spe dcã sunt. ppri
uero qd uere pprium est diffinitio est qd et so
li et õi et semp adest. que distinctiões dñtes
sunt. hanc ãt iõ dñam hic ponim⁹ ne credã
tur idem esse p esentiam spes et proprium. pp
hec q puersiz predicantur. hec ergo sũt cõia
et propria speciei et proprio.

Speciei ãt et accidentis cõe quidez
q de plibus predicantur inquãtũ
sunt vlia. Alie uero cõitates inter spez et ac
cidens sunt nulle. eo q plurimuz ualde dif
ferunt ab inuicem id cui accidit ut spes. et
id qd accidit sz mõz eẽndi. id. n. cui accidit
sba est. id ãt qd accidit est accidens. que dif
ferunt sicut ens per se et ens non per se. sed
in alio. Et si obicitur q inter multum distã
tia maxime querende esset pueniẽtie dicẽ
dum q hoc uerum est si inuenirentur. qz aut
in nullo cõicant. iõ non inueniunt spãles sz
sola ista inuenitur que oĩuz est generalis. sz
dñe plures inueniunt. ppria. n. quib⁹ disti
guntur utraqz sunt. qz spei quidez puenit q
in eo qd quid quid est predicatur. leo uero q
quoniã se hz puenit accidenti qd est mistuz
cum respectu et compositione ad aliquid et
ad oĩa alia predicamenta. Alia ãt dña est qd
ptingit vnãquãquanqz solam indiuiduam.
que proprie sba est vna equidm specie tñ p

ticipare que totius est formale esse ipsi⁹. uno
. n. existe qd est formale esse et totum non po
test esse alterum qd sit totum esse. sed vnãqñã
qz sbam ptingit pticipare pluribus acciden
tibus et separabilibus et inseparabilib⁹. sicut
ultimo pz in multis exemplis. Adhuc autẽ
tertia est dña que species quidem subintel
ligi põt in se exñs ex suis sbãlib⁹ principiis
ante accidentia que sunt in ipsa. q̃zuis est sint
inseparabilia. Cuius probatio est q oz sup
ponere sbm esse in se completuz. vt illi postea
aliquid accidat. Accidẽtia ãt ad hoc q sint
ante se supponunt esse sbm qz respectu sub
iecti posterioris generis entia sunt et aduẽti
tie nature. qz posterioris sunt generis. iõ uo
cantur accidentia quasi ad cadentia. qz ca
dunt ad sbm. qz sunt aduẽtitie nature. iõ ñ õ
intrinsecis adueniunt et assisunt. adhuc aũt
speciei quidem participatio istis subiectis est
equaliter et non sm magis et min⁹. Accidẽs
vero participatur ab his d quibus predica
tur est si sit inseparabile accidens secundum
magis et minus nõ equaliter. Contingit. n.
q ethiops respectu alterius ethiopis habet
colorem nigrum intensum uel nigrum in ni
gredine remissum. et ideo de cõmunibus et
propriis speciei et accidentis dictum est. Re
stat igitur de proprio et accidente dicere cõ
munia et propria. quo enim proprium a spe
cie et differentia et genere differat est i illorũ
ad ipsum differentiis.

Commune igitur q cõmune quidem
proprii et inseparabilis accidentis
est q preter ea nunquam consistũt
illa sua subiecta in quibus sunt et de quibus
predicantur. et quibus in esse consider ãtur.
quod patet. quemadmodum enĩz preter ri
sibile quod est proprium non subsistit homo
qui est subiectum de quo predicatur propri
um. sic nec preter nigredinez unq̃z subsistit
ethiops. dummodo ethiops nomine suo im
portet complexionem ingredinem ethiopis
causantem. ut in ante habitis dictum est. Et
huius quidem causa id quod secũda est pro
prii et inseparabilis accidentis cõmunitas.
quia quemadmodum semper et omni adest
proprium. sic etiãm inseparabile accidens
adest enim et semper quamuis non adsit so
li ut proprium. propter quod et nõ conuersiz
predicatur. Alie autem communitates sũt
ad quedam sicut non essẽtialiter predicari i
quale de plurib⁹ sunt p ante habita iaz pstat
accidens autem separabile propriam com
munitatem non habet nisi in quale. et non
in quid predicari. sed hoc iam in his que de
omnibus simul vniuersalibus communib⁹
iam dictum fuerat. Differunt autẽ ultima
duo vniuersalia ab inuicẽ in hoc primo quo

niam proprium vni soli speciei adest. cuius ē
proprium. quemadmoduz risibile adest ho
mini. Inseparabile vero accidens ut nigrū
non solum adest ethiopi uel soli coruo sed et
adest carboni et ebano et quibusdaz aliis. ita
proprium sbm sibi non determinat. Ad
huc aūt secunda ē dña quod proprium cōuersū pre
dicatur et equaliter non sm magis et min⁹
de eo cuius proprium ē accidens vero inse
parabile pp hoc quod non determinatum sibi
determinat sbm non cōuersim predicatur.
Adhuc aūt sicut in ante hitis dictum est.
propriorum quidē equalis et non sm magis
et minus a suis sbis ē participatio. Accidēti
um uero hoc quidem sm magis. aliud aūt sz
minus ē participatio pp cās i ante hitis de
terminatas. Sunt aūt et alie quidem cōita
tes et proprietates eorum vtrumque que dicta sunt.
sed hec que dicta sunt sufficiant ad discretio
nis eorum ab inuicem et cōitatis eorum quam
hñt adinuicem traditionem et doctrinam.

Vanuis in ante hitis iaz determi
natum sit id quod de quinqz vlib⁹ tra
didit porphirius. tñ adhuc sūt que
dam que vtile est scire de his que ex logicis
doctrinis arabum in latinum trāstulit auē
dar et sialita philosophus et maxie de logica
auicene. Primum capl'm huius doctrine
ē de comparatione istorum quinqz inter se. et
hec ad perfectionem doctrine ponim⁹. Di
cimus ergo primo de primo vlī quod est gen⁹
quod non ē vniuscuiusqz rei siue olum rei uni.
sed illius solius gen⁹ que ē sub ipso species.
sic et dña non est dña vniuscuiusqz rei sed
sm hoc quod ē diuisiua non ē dña nisi generis
quod diuidit. et sm hoc quod est cōstitutiua est dña
illius speciei quam cōstituit sub genere diui
so. Sciendū aūt quod vnumquodqz istorum pōt
esse genus uel quasi genus ad alteruz. vnū
quod pōt eē quasi species. et vnūquodqz pōt esse
quasi dña. et vnumquodqz pōt esse quasi propri
um. et vnumquodqz quasi accidens. Sensi
bile. n. est quasi species huius quod dicimus
apprehensiuuz. omne. n. sensibile apprehē
siuū est et non cōuertit. s. quod ōe apprehēsiuuz
sit sensibile siue sensitiuum. et hoc ipsum sen
sibile ē quoddam genus audienti. omne. n.
audiens sensibile est et non conuertitur. et si
militer est genus audiētis et olfacientis et gu
stantis et tangētis. et hoc ipsum sensibile dif
ferentia ē animal'. Similiter gressibile ē ge
nus bipedis et quadrupedis. et ē species mo
bilis. et est proprium siue proprietas anima
lis. et commune accidens hominis. aliquā
do autem ista quinqz in vno solo secundum
rem conueniunt. et ideo hec oīa quinqz in
vnum et idem aliquando coincidunt quan
tis modis predicandi eorum secundū quod

diuersa vniuersalia sunt nunquam sit vnus
Et etiam adducendum est quod genus nō
est genus differentie aliquo modo nec diffe
rentia potest esse species generis. si enim dif
ferentia esset species generis cū species nō
efficiatur species nisi per differentiam. tūc
differentia egeret alia differentia per quaz
species efficeretur. tunc differentia esset dif
ferentie. quod non potest. Differentia eniz
est intellectio siue notio quedam. que secun
dum intellectum est extra materiam gene
ris. rationale enim non est idem quod ani
mal habens rationem. sed est idem quod
quidam habens rationem. quamuis per cō
sequētiā sequatur id esse animal. animal. n.
habens rationem homo est. Si autem ani
mal esset per intellectum clausum vel con
ceptum intra rationem rationalis. tunc cū
diceretur animal rationale idem esset. ac si
diceretur animal quod est animal habens
rationem que sunt idem secundum intentio
nes suas. Cum autem differentia predice
tur. est sicut cum predicatur accidēs insepa
rabile de eo quod predicatur. differētia eiz
se habet ut accidens ad genus inquantuz se
quitur esse generis. et non est vnum esse dif
ferētie et eē generis. sz genus est ad diderō
tiam quasi materia se habens. et differentie
comparatio ad genus est quodammodo. si
cut proprii quod non competit omni. et hoc
si accidens inseparabile. ut in ante habitis
dictum est. differentia uero constituit gen⁹
et dat esse ei in effectu distinctum. quamuis
autem ipsa differentia non sit intra diffini
tionem generis et ipsius esse differentie nō
sit intra esse generis. sicut esse rerum quali
um est inter quale et esse rerum quantaruz
est intra quantum. tamen differentia ē qua
litas generis. et genus et esse generis est in
differentia sicut intra summ quale essentia
le. Differentia enim est qualitas gene
ris sicut forma est qualitas materie faciēs
ipsam qualem secundum esse substantiale.
hoc autem sic se habet quando differentia
est absoluta et simpliciter differentia gene
ris. ita quod nullo modo differentia est ex
tra naturam generis. sed est de natura ipsi
us sicut actus est de natura potentie. quia si
actus non eēt de natura potentie. potentia
nullo modo desideraret actum. Si vero
diligenter et subtiliter attēdatur quid sit ge
nus et quid differentia. tunc nō omnino ve
re predicantur genus et differētia nisi de spe
cie. quia in specie genus in actu est et differē
tia est actus speciei dans eē. comparatio au
tem generis ad differentiam est sicut com
paratio subiecti ad accidens inseparabile.
quod non est commune accidens. eo quod ē

consequens sit est ut proprium quod conuenit omni et non soli. Accidens autem cōmune aliquando comparatione generis est proprietas. et aliquando comparatione speciei est accidens commune. sicut motum uoluntario motu qui uocatur motus processiuus quod ē proprietas animalis. et commune accidens hominis. Aliquando etiam accidens cōmune proprietas est generis superioris. sicut albedo que est de proprietatib' corporis compositi terminati. et est cōmune accidens hominis. aliquando est de proprietatibus generis generalissimi. et aliquando etiam accidens cōmune non est proprietas alicuius generis eo quod alii accidit quod est extra genus illud. uel etiam accidit ei quod ē extra totam illam cathegoriam secundum ordinem predicabiliū illius generalissimi siue predicamenti. cuius exemplum est id quod est non recipere magis et min'. quod est de cōmunitatibus hominem secundum participationem speciei. et est cōmune illi et multis aliis. nec est proprietas alicuius hominis. alia enim generalissima habent hoc. Comparatio aūt animalis ad hoc animal quando animali additur designatio singularis non considerata in hoc animali rationalitate que facit ipsum hominem est sicut comparatio generis ad indiuidua propria. que ex se habet et non mediante specie. tunc enim animal predicatur de hoc animali immediate ut species de suis indiuiduis immediate predicatur. et tunc non predicatur ut genus. generis enim predicatio est de differentibus specie. animal igitur genus non ē in comparatione singulorum animalium secundum quod facta sunt rationalia. uel in alia specie constituta. Similiter autem rationale comparatum ad hoc rationale non considerata animalitate in hoc rationali predicatur de eo in specie secundum intentionē quā diximus. quod differentia aliquando ut species accipitur. et non predicatur tunc ut differentia. Differentia enim est animalium singulorum specie differentium. diximus autem rationale hoc considerari considerata animalitate. Similiter autem et risibile predicatur de illo risibili non considerato secundum quod est homo. non est enim proprium nisi hominis et indiuiduorum.

Adhuc autem rationale comparatum est predicatum in species. similiter etiā album quod est cōmuniter accidēs huic albo in singulari designato est predicatum sicut species et non ut accidens. Accidens enī cōmune non est accidens nisi ei quod est subiectum ipsius denominatum ab ipso ut dicat ab ipso ut sit album. non autem est accidēs huic albo non considerato subiecto i quo ē. illi enim comparatur ut species.

Oportet autem scire quod hec quinque non tantum coinciduut omnia uel plura in unum. sed etiam inter se quodammodo commiscentur. Et hoc fit multis modis. genus enim commiscetur aliquando cum differentia. apprehēsiuum enim est quasi quedam differentia hominis quod est rationale. omne enim rationale apprehensiuum est et non conuertitur. et similiter animatum siue habens animam est genus rationalis. et predicatur in quid de rationali. tunc est genus differētie. Et patet quod accidit ei ut differentia generis superioris. animatum enim differentia est corporis quod est unum de generibus medius. Aliquando etiā commiscetur genus cum accidente. sicut color qui est genus eorum que accidunt homini. que sunt ut albedo et nigredo et huiusmodi. Hec autē compositio siue commixtio differt a prima non enim sic potest esse quod genus differentie constitutiue sit genus constitutiuum speciei oportet autem quod genus accidentis sit gen' accidentis ad ipsam speciem accidentis cōstitutiuam. Genus ergo differentie est aliquando differentia constitutiua generis uel speciei et preter hoc genus accidēns aliquādo est accidens generi et aliquando speciei. sicut hoc ipsum apprehensiuum est constitutiuum animalis habentis apprehensionē per spiritum uel intellectum. et color est accidens animalis et hominis. cū sit genus colorum specialium. Permixtio autem generis cum proprietate est sicut admirans i actu admirantis. quod se habet ut gen' ad ridens in actu. et tunc uociferans ex appetitu se habet ut genus ad hinibile. quod est proprium equi. Differentia autem aliquando miscetur cum genere. sicut sensibile quod est differentia gradibilium miscetur cum rationali. miscetur etiam aliquando cū proprietate. sicut comparatio trium ad duos rectos angulos trianguli qui tres angulos habet equales duobus rectis. Hec enim ē differentia eius quod est proprietas trianguli rectilinei. aliquando autem miscetur cū accidente sicut disgregatiuum uisus. quod est differentia albedinis. quod accidit uisui proprietas etiam aliquando miscetur cum genere. gressibile enim est differētia animalis quod est genus hominis. et est propriū homini quod conuenit omni non soli. Etiā aliquando miscet cum differentia et cū specie. quia si desit proprium speciei. et cum est communior proprio species. hoc autem fit cum differentia fuerit communior. Cuius

exemplum est diuidi in duo equalia quod ẽ
paris numeri. aliquando autez miscetur cũ
accidente communi. visibile enĩ est propri
etas colorati. coloratum autem est accidẽs
commune homini. Accidens autem ali
quando miscetur cum genere. nec propter
hoc desinit esse accidens speciei. est enim ac
cidens speciei. nec tamen est cõmune acci
dens generi. sed est proprietas generis. et ẽ
aliquid quod est accidens commune vtriqz
generi scilicet et speciei. et cum hoc etiam si
militer accidens differẽtie et proprietatis.

Tendendum autem est ꝙ omnia
quinqz tripliciter considerari pos
sunt. Si enĩ in se accipiantur ita
ꝙ ipsa res siue natura alicui respe
ctu sibi opposito accipiatur et ipsa natura sim
plex consideretur sic sunt nature quedã ista
quinqz. et precipue genera et species que ab
soluto intellectu assequi possunt. tamen de
aliis est verum quando nõ accipitur nisi id
quod est differentia nisi in ratione differen
tie. sed in ratione entis vel nature cuiusdaz.
et hoc est verum de proprio. quando acci
pitur id quod est proprium. non in proprii ra
tione sed in simplicitate cuiusdam entis. et
hoc etiam verum est de accidente quando
accipitur vt pars entis. et non in ratiõe qua
addit ad substantiam. sic ergo hec percepta
sunt nature quedam. vt dicunt auicena et al
farabius. Si autem accipiuntur hec predi
cta secundum quod nature ille simplici ad
ditur aptitudo ad hoc ꝙ sint in pluribus in
ferioribus. tunc illa iam efficiuntur vniuer
salia. quia vniuersale ab hãc aptitudinem
dicitur vniuersale. et non ab actu quo efficia
tur actu vniuersale. Utrum autem hec ap
titudo sit in re que sua simplicitate apta sit
existere in pluribus et per multiplicationez
differentie diuidentis. vel per diuisionem
materie in pluribus actu efficiatur. vel sit
in solo intellectu. ita quod nihil nature sit
in plĩbus sed solus intellectus similitudinẽ
nature vnius ad eandem naturaz in specie
in alio accipiat et in se ipso assimulet questio fu
it. Et primo quidem modo illi dixerũt qui
reales nocabantur. Secundo autez modo
dixerunt hi qui dicebantur nominales et hoc
ad presens non est differendum. tamen in
precedentibus in tractatu cõmuni de vni
uersalibus hoc insinuauimus quod dixerunt
reales. Quocunqz autẽ modo patet ꝙ sim
plex natura non est vniuersale sz natura ac
cepta in tali aptitudine. hec autem eadem
natura accepta in lumine intelligentie cuius
ipsa est splendor quidam et radius. secũdũ
ꝙ dicimus quod omnis forma siue natura
simplex splendor est et radius intelligentie
in anima similis sibi in esse spirituali siue in
tellectuali. propter hoc ꝙ ipsa natura per in
tellectualem naturam que in ipsa est vt ps
essentialis eius operatur ad esse spirituale.
sicut lumen in perspicuo operatur colorem
secundum esse spirituale. quem tamen ĩ cor
pore animato operatur secundum esse ma
teriale ipsius. eo quod actus actiuorum sũt
in patientibus bene dispositis secunduz pos
sibilitatem recipientium actus illos. et non
secundum potentiam agentis. hoc ergo mo
do ista quinqz vel sunt nature simplices vel
vniuersalia. vel intellectus quidam in ani
ma existentes. Sciendum est autem ꝙ hec
quinqz in lumine intelligentie accepta sunt
absqz omni multiplicitate. sz per hoc quod
in singularibus terminantur ad materiam
secundum esse diuiduntur. et sic agunt mul
tiplicitatem per hoc quod in quolibet sunt
sunt secundum totum esse ipsorum. et secun
dum totam essentiam. et siquidem secũdũ
se sunt ante omnem multitudinem. per hoc
autem quod in sensibilibus et in materia ef
ficiuntur ad quantitatem actus intelligen
tie operantis in natura. Per hoc efficiun
tur multa secũdum diuersas multiplicatio
nes speciei vel indiuidui. Si ergo in se acci
piantur nature sunt simplices et nec singula
ria nec vniuersalia. Si enĩ natura simpli
ci haberent quod essent vniuersalia. cuz na
tura simplex non sit nisi vnum vniuersale.
non esset nisi vnum. nec posset esse in multis
et de multis quod est contra rationem vni
uersalis. Si autem a natura simplici habe
rent ꝙ essent singularia. non posset vniuer
sale esse nisi vnum singulare et omnia alia si
milia illi non reciperent predicationem illi
us. quod iterum esse non potest. a natura igi
tur simplici nec habent ꝙ sint vniuersalia.
nec ꝙ sint singularia. sed habent hoc a respe
ctu qui addetur nature simplici vt dictum
est. Adhuc autem secundum quod sunt na
ture simplices et separate nec sunt intellec
tu nec extra ipsum sed secundum quod sunt
in lumine intelligentie agentis. et lumine
suo facientis omnes formas sic sunt vt mo
uentia potentialem intellectum qui est ani
me. et per hec anima intellectuali conuertẽ
te se ad ipsas efficiuntur in anima. dummo
do non sit impedimentum in anima intelle
ctuali. prout intellectus est sicut adepta. et
sic accipit vniuersale quod est intellectu. et
ideo oportet ꝙ sit natura illa a sensibilibus
et materialibus et particularibus separata
et abstracta et in solo accepta lumine intelli
gentie cuius luminis ipsa est splendor et ef
fectus. et cum intellectus componitur cũ ea

aptitudine existendi in pluribus. tunc acci
pit eam vt vniuersale logicuꝫ. ⁊ rationatur
de ipsa sicut de vniuersali. ⁊ per oppositum
illius accipit particulare ipsius quando com
ponit cum ea illa que determinat ipsum ad
materiam hanc ⁊ illam ⁊ induiduātia quo
rum collectio in pluribus non potest inueniri
⁊ per que afficitur hoc aliquid designatum
Et sic illa natura simplex in quadruplici eẽ
accipitur scilicet in esse nature simplicis ⁊ in
esse aptitudinis ad multa. ⁊ i esse luminis
intelligentie cuius ipsa est splendor. ⁊ in esse
induidui designati per induiduantia. ⁊ iō
habet rationem nature per primum ⁊ habꝫ
rationem vniuersalis per secundum. ⁊ rati
onem intellectus speculatiui per tertium. ⁊
rationem particularis ⁊ induidui per quar
tum. Et quamuis ad primam pertineat phi
losophiam. tamen hic posuimus vt doctri
na sit magis perfecta. ⁊ quia hoc quidaꝫ ara
bes precipui in doctrina ⁊ de vniuersalibus
posuerunt. Cum autem primus actus rati
onis sit ordinare dicibilia vt in ante habitis
diximus iam rationem ordinabilium execu
ti sumus. de dicibilibus autem ordinandis
in generibus ⁊ speciebus differentiis propri
is ⁊ accidentibus deinceps attingenius ad
pertractandum.

Explicit scriptum Alberti super vniuer-
salibus porpherii.

Vt ante habitis dictum est ꝙ logi-
ca est scientia per quam docetur q̄
liter per cognitum deueniatur ad
noticiam incogniti. Et hoc duobus
fit modis secundum quod duo sunt que quā
do sunt incognita desideramus cognoscere
scilicet complexum ⁊ incomplexum. ⁊ quod
incomplexum incognitum cognosci non pōt
nisi diffinitione vel quacunque notione. Cō
plexum autem incognitum cognosci non po
test nisi argumentatione. Dictum est etiaꝫ
ad hoc ꝙ ratio que est virtus vnum cū acto
complectens non potest deuenire ad instru
mentum quo per cognitionem incogniti eli
ciat ex cognito nisi tribus actibus qui sūt or
dinare vnum ad alterum componere vnū
cum altero ⁊ colligere ex imposita secundum
discursum que fit ex vno in altero. Sic eniꝫ
⁊ non aliter accipiet cognitionem incogniti
per id quod est cognitum. Primus igitur
actus qui est ordinare vnuꝫ componibile cū
alio perficitur duobus modis ⁊ ordo ipse du
obus fit modis primum quod exigitur ad
actum rationis ordinatis est ratio que sumi
tur ex ipsa forma ordinabilium. ⁊ hec ratio

trahitur ex vniuersali. ⁊ particulari. ꝓ hoc
enim ꝙ vniuersale est quod est in multis et
de multis ratio ordinis accipitur predicati
⁊ subiectum. ⁊ de hoc iam quantum ad
presentem spectat intentionem determina
tum est. Sequitur igitur nunc determinaꝛ
de his que secundum rationem premissam
ad se inuicem sunt ordinanda secundum ge
nera species differentiaꝫ propria ⁊ acciden
tia hoc enim solum est in quo perficitur rati
onis ordinatio. Et ideo hic ordinabilia ad
subici ⁊ predicari sunt ordinanda ⁊ determi
nanda secundum omnem sui diuersitatem
que consistit in decem generibus predicabi
lium siue predicamentorum. qꝛ ante iam in
antecedentibus ad logicam probatum ē ꝙ
ad scientiam incogniti per cognitum non de
uenitur nisi per inquisitionem. inquisitio āt
non fit nisi per dispositum sermonem ad si-
gnificandum siue homo inquirat apud se ip
sum per interius dispositum sermonem siue
inquirat apud alium per sermonem exteri⁹
prolatum sequitur de necessitate ꝙ ordo pre
dicabilium non potest determinari nisi secū
dum quod sub voce habet predicabile desi
gnari. rebus enim inquisitiue incogniti uti n̄
possumus. eo quod nec finite sunt nobis nec
presentes. ⁊ ideo signis ⁊ vocibus vti oportꝫ
propter quod predicabilia oportet conside-
rare secundum quod vocibus significantur
propter quod dicit boetius ꝙ hec scientia. s.
libri predicamentorum est de decem primis
vocibus prima genera rerū significantibus
ordo enim non est in rebus ipsis. sed oportꝫ
ꝙ ratio ponat ordinem sicut ⁊ facit comple
xionem ⁊ collectionem compositorum. ⁊ ex
his planum quid sit huius libri subiectum.
est enim subiectum ordinabile in ratione p̄
dicabilis vel subicibilis secunduꝫ quod stat
sub voce talem ordinem signante ⁊ sic patet
qualiter ista scientia est vna ab vno subiec
to. partes autem huius subiecti sunt ordina
bilia secundum diuersum modum predicā
di in substantia ⁊ accidente. et in accidenti
bus secundum omnia nouem genera acce-
dentium ⁊ sic multitudo infinita restringit
in decem genera. vt dicit boetius decē aūt
in duo predicabilia substantiam. s. ⁊ accidēs
⁊ duo i vnū predicabile. s. ordinatū ad com
positionē secūdum rationem predicabil' ul'
determinatū ex vsi ⁊ pucitari vel subicibili
Ex hoc ēt patet que sit cā suscepti opis. non
. n. ē ꝯponibile ꝑdicabile cū subicibili nisi ꝑ
ordinem huius ad alterū. ⁊ iō de ipsis ordia
bilibus i generē ⁊ specie oportuit determina
re patet etiam quis finis vltimus ⁊ quis est
finis propinquus. vltimus enim est vt ex
ordinatis. ratio accipiatur oppositionis

ad enūtiationem que sola inter orōnes veru3 significat ꝛ vlterioꝛ adhuc finis est vt ex cō-positis eliciatur collectio ꝯsequentie vnius ex altero ꝑ quā accipiatur sciētia complexi quod ignotū ē. finis aūt ꝓpinquus ē quē terminꝰ operis vt sciētia habeatur ordinabiliū. secun-dum oē genus scḋm ꝙ pōt esse diuersus mo-dus predicādi vel diuersus ordo predicabilꝭ ad subiectū de quo predicatur. que scientia li-bri predicamētoꝝ ē ꝓprius finis modus aūt istiꝰ sciētie oꝫ. ꝙ ex fine sumatur. ē enim ille modus elligēdus quo ī materia ꝓposita pōt deueni-re quis ad finē intētionis. est igitur cū sit de in-complexis diffinitiꝰ quidē scḋm ꝙ ex priori-bus secūdum naturā ꝓcedit. diuisiuus āt secūdum ꝙ notificat qḋ est prius per sua po-steriora que sūt ī ipso ꝛ primus quidē. s. diffi-nitiuus notificat rei substātiam ꝛ eē. secūdꝰ aūt. s. diuisiuus notificat rei posse. qꝛ non per-fecte cognoscitur res nisi cognoscatur secūdū esse ꝛ secūdum posse. tertius aūt modus non ꝑ-scibile. sed ꝓpter eū qui scire querit appone-re a nobis ꝛ appositus ē ab antecessoribus ut facillioꝛ sit doctrina ꝛ ille ē exēploꝝ positiuꝰ. Est autē dubitatio quorūdam vtrū de gene-ribus que ut dicit porfirius sūt prīa rerum principia possit haberi sciētia. eo ꝙ scientia ē habitus ꝯclusionis ꝑ causas ꝛ pricipia de-mōstratus. Cū igitur ista sunt principia prima rerū nō sunt alia priora eis ꝑ que demonstrē-tur de eis passiones. ꝛ sic de istis non videtur posse dari sciētia. sed ī scientia debēt eē sup-posita. sed hoc soluere non est difficile. hec enim secūdum rē ꝛ scḋm ꝙ sunt nature que-dā ꝛ ꝑtes entis sunt prima principia. secun-dum ꝙ sunt aliquid predicabile vel ordina-bile ī genere secūdum hūc vel illū modū ꝑ-dicādi vel subiciēdi sic nō cōsiderantur ut prin-cipia. ꝛ habēt multas ꝓprietates ꝛ passiōes que sunt demōstrabiles de ipsis ꝛ hoc modo agemus de ipsis hic. put aūt sunt ꝑtes entis. ꝛ principia diuersitatis rerū. sic de ipsis agit primus philosophus sicut scire pōt qui inme-ta phisica studēdi ponit intentionē ꝙ nō per-tinet ad p̄ns negotiū qḋ logicus habet consi-derare. sic ergo tractātes de predicabili scḋm ꝙ stat sub voce designatiua predicabilis scḋm modū predicādi diuersū ī genere ꝛ specie or-dinabilis. sequemur sicut ī aliis sectā phoꝝ qui peripatetici vocantur ꝛ maxime Ari. qui-bus secte princeps ꝛ primus inuētoꝛ fuisse ꝓhibetur nihilominus apponētes quecūq3 bene dicta a positis poterimus iuenire. pro-cedemus enim. ꝛ per modū sciētie. ꝛ ꝑ mo-dū artis. per modū quidē scientie in hoc qḋ considerabimus subiectum ꝛ partes princi-pales subiecti ostēdentes que passiones īsūt eis ꝛ ꝓprietates ex principiis huius sciē ꝓpriis

Viam autem artis tenebimus in hoc quod colligemus principia ad vnum finē3 operis tendentia quod opus quidem est ordinatio predicabilium ad finem compositionis ꝛ in-tellectionis silogismi per quem. per scientiā cogniti potest quis deuenire ad noticiam in-cogniti sicut sepe diximus. iam autem ad ꝓ-positum attendamus sufficit enim ꝛ multa prelibasse

Cum igitur in hoc agendum sit de ꝑ-dicabili qualiter ordinandum sit ī genere ꝛ predicabile ī triplex com-mune reducatur. scilicet in ens. et vnum in que secūdum vnam rationem re-duci non possit. ꝛ in cōe qḋ est cōe sicut genꝰ quod recipit predicationē sui vlis secūdum nomē ꝛ rationē quod quidē ē vniuocū. ꝛ ter-no id ꝙ ē cōe sicut subiectū de quo ꝑdicatur accn̄s quod de subiecto nō ꝑdicatur nisi scḋm denominationē. oꝫ nos de istis tribus ꝑmit-tere vt postea facilius videri possit quid in quo sicut ī genere contineatur vel quid ad ali-ud sicut ad subiectū reducatur. vel quid nois ꝛ rei suscipiat predicationem. Quia āt prius oīu3 qḋ predicatur ē ens qḋ vniuoce de oībus nō predicatur vt ī sciā vliu3 dictū ē. iō prio de vniuocis dici oꝫ. ꝛ iterū ꝓpter hoc vt sciatur qḋ de quo vt genus vel spēs vel dr̄a vel ꝓpriū vel accidēs nō predicatur. quāuis vniuocu3 sit ante equiuocu3 sicut vnū añ multa. tn̄ scḋ3 itētionē huius doctrine equiuocū ē añ vniuo-cū. qꝛ ꝑ equiuocū predicabile reducitur ad ens ꝛ vnū qḋ ē añ oē genus. ꝑ vniuocū āt re-ducitur ad cōe ꝙ ē cōe vt genus ꝑ denomina-tiuū āt vel ꝑ rōnem oīa accidentis predicata respiciūt substātiā. et ꝑ istas tres cōitates oī-um ꝑdicabiliū vniuersitas reddit ad vnius cōis aliquo mō ꝑdicationē. ꝛ oīa q̄ ad vnu3 subicibile respiciūt. oꝫ ꝙ id respiciāt aliquo triū modoꝝ. Dico ergo qꝛ verū ē ꝙ ī scia vlī-um dictum est quod si quis omnia entia vo-ce et equiuoce ꝛ non vniuoce nūcupabit. opoꝛ-tet de equiuocis premittere. Equiuoca ergo dicuntur quorum solum nomen est commu-ne secundum nomen. non illud ratio substā-tie est diuersa. Dicuntur ergo equiuoca qua-si nomen quod secundum vocem est ex equo quo ad impositionem habentia. ꝛ ideo etia3 additur quod dicuntur ꝛ nō sunt quia quod est in dictione commune est eis in esse autē id quod dicitur per nomen non est commu-nitas secundum equam participatione3. Qꝛ-uis enim equiuocum actuali multiplicitate multa dicat. tamen nihil omnium illorum e qua participatione participatur ab his que ī nomine significantur. ꝓpter quod equiuoca dicūtur qꝛ eq̄liter nomē hūtia eē nois n̄ eq̄ suscipiunt

pticipatione. pter quod etiā addit quorū
solum nomē est cōe nomen enim ipsius. di-
catur quasi notamē eo q aliquā notā rei fa-
cit quantū ad actū significātis et iponentis no
mē. eo q imponēs nomē. fm aliquid ppri
etatis rei affectus ē quando nomē iponitur
qz etiā significatio rei que imēdit p nomen
formā dat nomini. tamē hec non sūt de itri-
secis ipsi. nō secūdum q nomē est solū. sz po
tius intrinseca sūt nōi litteratio tal' sive cō
positio nominis ex littera et sillaba et accedē
ti que sunt itrinseca nomini vt nomē est.
Quibus iam pfectis quātū ad substantiam
nominis. hic primū reffert nomē ad id quo
affectus ē ille. sive qd concepit ille qui nomē
tm posuit. et ideo in equiuocis solū nomē fm
q consistit in sono litterarū et sillabarū et accē
tu ē commune. et absqz equa participatione
alicuius rei que iportat i noie. et id dicit eq
uocū. et qzuis forte principalr i equiuoco unū
et alia nō principaliter. tamen qz nō equa rō
ne multa dicta in nomine nomē illud parti
cipāt. est enim aliqua species equiuocatiōis
et hoc ē q addit i equiuocorz rōne ibi rō sub
stātie est diuersa scēdum id nomen. omne
enim nomē aliquid significat pro substātia.
et aliquid pro qualitate. cū omne nomē sub-
stātiā significet cū qualitate. et id quidē cui i
ponit nomē ē significata substātia ipsius. p
prietas autē eiusdē rei sive substātie que affi
cit iponentē qū nomē iponit ē qualitas signi
ficata p nomē quādo ergo idē ē nomē quātū
ad ea que sūt nōis i littera et accētu et id qd si
gnificat i in re non ē idē vel eque pticipatuz
ab illis quib⁹ nomē iponit. nec ēt ppzietas a
qua iponitū ē oio eadē ē qzuis forte refferat
ad vnū. tūc nomē ē equiuocū. qz rō substātie
eius nomē iponit que ē ratio substātialis a q
nomē iponitur. sic duobus nois ē scdm ali
quid vel simpliciter diuersa. substātia enim
aliqua vt diuinus ē secūdū aliquid p modū
quo rōm subsist at cui nomē ipsū iponit. et illi⁹
rō diuersa ē qū nō ē penitus eadē. et adhuc a
quo ipsū nomē iponitur et illius rō diuersa ē
qū nō penitus ē eadē. et adhuc a quo nomē i
ponitur qd ē nois qualitas. et substātialis rō
que datur de noie secūdum illud qd nomē ē
qū ergo illa ē i nō penitus ē eadē iterū rō sub
stātie hoc ē substātialis rō nominis ē, diuer
sa ita q nihil rei cui nomē iponit. vel a qua
nomē imponitur equaliter pticipat significa
ta p nomē. ex quo patet q equiuocorz multi
sunt mōi sive spēs. Sūt. n. equiuoca idez qui
dem scdm rē. sed non eque pticipantia. hoc
est per eandem rationē de omnibus equalr
datam. sed potius quēdam modū illius de
quo dat ratio habēda. sicut eus dicit equiuo
ce de omnibus entibus p se et in alio existen

tibus eo q p se ens solū nature ē ens. alii aūt
quidā modi sūt illius entis. et nō entia vera
et principalia hoc mō sanū i alali et vrina et di
eta et medicina dicit equiuoce qz sanū natu
re ē alalis. alii autem quēdā modū dicunt sa
nitatis significatiua et pseruatiua sanitatis.
vel vt sanitatis pfectiua vel aliquo alio mō
qui i animali ē sc hūia. Sic enim medicus
dicit equiuoce de eo qui pfecta que i ipso est
medicina operat et de vetula medicū imitā
te et clisteri qd vt istrumētuz pficit opationē
et actū medici et de quibusdā aliis modis ali
quē modū pticipātibus sicut ē ens et vnum
dicunt equiuoce eo q ens et vnū pzio ē id q
p se ē ens et vnū. alia autē dicūtur ens et unū
qz ad id sicut ad scdm aliquo mō entitatis re
ferunt. vel sicut mēsura illius. vel sicut dis
positio. vel sicut respect⁹. vel aliquo alio mō
que sunt i illo sicut in subiecto. et hic quidem
modus vocat multiplex. deīn secundū ano
logiā. sive pportionē ad vnū q principalr i
hoie significat. alius aūt modus ē equiuoco
rū que boetius vocat a casu et fortuna equiuo
ca. qū. s. idem nomē casu et fortuna diuersis
iponitur quorz substātia cui nomē imponitur
nō est vna nec vnius respectus ad vnū. vl'
ēt diuersorz respiciētiū ad vnum. sz tamē qua
litas que nomē illud diuersis iponitur p simi
tudinē trāslationis ē vna vt canis q iponit
latrabili et marinus et celesti. et eorz substan
tia cui nomē iponitur nō ē vna sed diuersa
genere pximo et spē. et pprietas sive qualitas
a qua nomē iponitur nō nisi p similitudinez
trāslationis ē vna verbigrā mordax eē q cō
uenit ei q dētibus mordet. per translatiōez
aūt cōuenit ei qd mordet qualitate et respectu
nocuo. Sic ergo patet qualiter equiuoca sū
quorz solū nomē cōe ē et rō substātie secūduz
illud nomē idē significata ē diuersa. hoc ē n
est penitus eadē et equaliter nō secūduz ma
gis et min⁹ pticipata. Sūt tū q ptra ea que
dicta sūt opponūt sophistice dicētes q signi
ficatio pfectio nois ē dās ei spēz et eē vt vide
tur. et id nomē quasi notaiū dr qz notaz facit
rei et diffinit p significate qū dr q nomē signi
ficat substātiā cū qualitate. si aūt sic ē. tūc mu
tata significatione videt mutari id q nomi
dat spēz et formā. mutata aūt spē et forma mu
tat id q specificatū et formatū ē. et sic mutata
ta significatione videt q idē nomē remanere
nō possit et hec pcipue videtur i his q̄ rlatiue
dicūtur ad iuicē sicut signū et significatū in q
bus hoc significatum propriū mutatur. vi
tur q signum mutari necesse sit qz in vanuz
et cassum erit significatio ipsius quando ad
significatū n refferentur. hoc aūt pcipue i vo
tib⁹ et nobis eē videt. quia voces sunt note
passionū et pceptionum que sunt i aīa. Res

autē sunt cōe passionis ⁊ cōceptionis anime ideo videt̄ ꝙ passiones et ꝯceptiones aie mutent̄ rebus mutatis. mutatis autē cōce ptibus ⁊ passionibus aie videt̄ ꝙ necesse sit voces que signa cōceptuū sunt mutari hec. ⁊ huiusmodi plura possūt obici que omnia leuissima soluunt̄ solutione. dūmodo ea que dicta sunt bene itelligant̄. Dicēdum ergo ē ꝙ nomē habet materiā vocem qua forma tur. habet autē actū significandi hoc ⁊ illud. ⁊ hec materia ⁊ hec forma manet semp ī no mine quādiu ē vox ⁊ nomē. ⁊ hec manēt in equiuoco scd̄m nomē ⁊ materiā nominis ea dē semp ī commun. Dicit̄ autē significatū aliquādo significatio ⁊ hec in signis quidē naturalibus manet eadē. in his autem que ad placitū sunt aliquādo est diuersa eo ꝙ pla citum nō factas ⁊ vno modo cās hoc habēt ⁊ pp hoc manēte nomine eodē secūdum pro priam materiā ⁊ ꝓpriam formā non est ne cesse ꝙ idē habeat significatā. ⁊ ideo non est necesse ꝙ eadē sit relatio talis signi ad signi ficatū. sed pōt esse relatio diuersa q̄ tamen quibꝫ instituēs signū ad actū reffert signifi candi. quāuis ñ refferat ad hoc. ꝙ idē signi ficet. ⁊ nomē est vox ad actū significādi rela ta. vox autē non habet illā relōnem. ideo ñ dicitur in diffinitione equiuocorū ꝙ equiuo ca dicunt̄. quorū sola vox cōis est. sed quorū solū nomē est cōe. vt actus significātis per ī stitutionē importet̄ per nomē qd̄ quasi notā faciens dicit̄ ꝙ per vocem nō importaret̄. ⁊ q̄ significatū est ꝑfectio nominis secunda ad quā vt signum reffert̄. ideo mutari pōt nomine non mutato. ⁊ cum mutat̄ significa tio. necesse est relationem signi mutari ad si gnificatū. ⁊ sic nomen erit equiuocum manē te nomine vno ⁊ eodem secundum primaꝫ ⁊ substantialem materiam. ⁊ secundum pri mam ⁊ substātialem formam. ⁊ non diffini tiuam substāne nominate per significatum nominis. ⁊ ratio substātialis data p qualita tem qua nomen ē in tali substātia significat Talia ⁊ alia secūdum illud nomē quod ad significandū ista duo reffertur ad talia signi ficanda per nomē vnū ⁊ idem huius aūtꝫ exemplum ꝓposite intentionis conueniens est sicut dicit̄ homo animal ⁊ sicut dicitur ymago que picta est ad imaginē hominis vl̄ animalis. quamuis enim dicat zeno in logi ca sua multi sunt modi equiuocationis. tam̄ vnus ⁊ primus modus ē propinquior vniuo eo qui est multipliciter dici p analogiam si ne proportionem ad vnū ⁊ ab vno sicut sūt omnia in ente equiuoca ⁊ sicut ē animal ho mo ⁊ qd̄ pingitur pictum enim animal dici tur cuius similitudo ab vno eodem trāsfor metur. ⁊ quando pictum ad naturale aīal

reffert̄ secundū representationis quēdā mo dum sicut ens vere ē vnde ⁊ alia sunt entia ab illo dicta. ⁊ ad illud scd̄m aliquem modū entitatis natur̄ entis ad illud relata. hoc est ergo qd̄ dicit Ari. ꝙ equiuoca dicunt̄ quorū solū nomen cōe est secūdū. tamen illud nom̄ ratio substantie diuersa ē. vt animal homo qd̄ pingit̄ hominum. n. solū nomen quod ē animal cōe est. secundū modum vero quod īpositū est ad assignandū ratio diffinitiua sb̄ stāne significate ē diuersa. si enim aliquis as signet p propriā diffinitionem quid secūduꝫ quiditatē ⁊ esse vtrumqꝫ eorum diuisim sit quo siue qua ꝓprietate sunt dicta aīalia pro prium vtriusqꝫ diuisim ⁊ nō vnā vtriqꝫ cōē assignabit rōnem diffinitiuam. de homine enim dicet ꝙ ē aīal rōnale mortale depicto autē ꝙ est imago p similitudinē lineamētorū ⁊ coloris hominē representās. ⁊ per hoc igit̄ patet ꝙ predicabile ad rationem generis re duci nō potest qui trāscendit omne genus ⁊ est oīuꝫ generum pricipium. Quod autē hic dicimus ꝙ equiuoca dicunt̄ ⁊ nō dicimus ꝙ equiuocum dicit̄ in singulari. cū tamē unū nomē sit per propriam formam. rō est quia hic intendimus de predicabili siue dicibili incomplexo secūdum ꝙ ordinabile ē in ge nus vel commune vniuocū. vel p denomina tionē de vno predicatū. ⁊ iste sunt res non a vocibus vel dictionibus absolute. sed p vo ces significate. ⁊ q̄ res multe sunt ad idem nomē relate. ideo magis et cōpetentius in plurali q̄ꝫ in singulari. equiuoca enim sūt res sub vno nomine equiuocante. ⁊ quod dicitur solum nomen cōe est. intēdimus excludere rationem substāne designate p nomē. que rō substantialis ē quando dat̄ p ea que sunt sb̄ stantie que sūt genus ⁊ dr̄e. ex his patere pōt quare equiuocatio pp ꝑalitatem significato rum actualē opat̄ multiplicitatē. sꝫ de hoc tractabit̄ in elencis. Ad hac autē q̄ in equi uoco maneret eadē forma que ē actus signi ficandi ad placitum instituentis. secundum respectū ad aliquid rei signate quod ratio in st institnēdi signum id. de facili patet ꝙ ī oī equiuoco sicut diximus aliquid ē de vniuo co p quod equiuocum ad vniuocum habet reduci. vnum enim signū diuersis ad signi ficādū ponētes. necesse ē ad aliqd vnū respi cere ꝙ aliquo mō ē ī illis q̄ substāua ⁊ rōne substātie diuersa sūt. hec igit̄ sic dicta sūt eq uoca ⁊ de his sufficit ꝙ dictū ē q̄tū ad ꝑntē itēnonē spectat ptractabit̄ aūt d̄ aliis ī elen chus. ē aūt nota dū ꝙ ī diffōne equiuocorū dictū sit quod ratio substantie sit diuersa. non tan men dicitur ratio substantie diffinitio vera data per genus et differentiam. Sed ge neraliter dicitur ratio quecumqꝫ notificatio

que maioris ⁊ melioris declarationis est q̄
ipsum nomen absolute positum. Et secun
dum hunc modū accepta ratione īdiuidua
habēt rationem ⁊ equiuocationē ī vno nomi
ne cū tamē ratio eoꝝ a collectione accedētiū
sumpta nō sit vna secūdū nomē illud ī quo
cōicant. hec sunt igitur equiuoca p̄ que ola re
ducūtur nō ad genus. sed ad trāscendentia
omne genus que sūt ens ⁊ vnū ut dicit Ari.

Vniuoca aūt sunt p̄ quoꝝ rōnem pre
dicabile ordinatur ī genere vno qđ
sibi subiectis nomē suū dat. ⁊ diffi
nitionem. ⁊ sic hac ratione vniuoci non esset
reductio predicabiliū ad genus vnū predica
tum de omnibus illis que sūt generis illius
⁊ ideo diffinitur sic ab Ari. q̄ vniuoca dicun
tur quoꝝ nomē cōe est ⁊ scđm nomē illud ea
dem ē substātie ratio siue diffinitio ⁊ dicūtur
vniuoca per oppositū modū ad equiuoca re s
.s. vniuocare ī nomine vno. ⁊ res ipsa ad di
ci ⁊ ad sermonē refferatur. q2 aliter non esꝫ
logicū qđ dicitur. q2 res ī se cōsiderata scđm
q̄ stat sub dictione non ad logicū. sed ad phi
losophū pertinet. ⁊ ideo additur dicūtur. ⁊ n̄
dicuntur vniuoca sunt. Adhuc autē q2 sermo
nes finiti sunt quo ad nos, res autē infinite.
vt dicit Ari. ī elenchis necesse ē plures res
in genere ⁊ specie ⁊ numero vno secūdū mo
dū significari. quādo ergo plures res ī vna
natura que causa īpositionis nominis ē con
ueniunt ī vnū nomē erūt illa vniuoca. et q2
plura sunt vno noīe nominata. ideo dicūtur
magis conuenienter in plī vniuoca quā ī sin
gulari vniuocū. Quod autē additur quoꝝ
nomē cōmune ē. dicitur nomē quasi notamē q̄
est de re que ē causa impositionis nominis ī
pluribus illis. hec enim natura ī omnibus ill'
ē vna ⁊ non p̄ prius ⁊ posterius participata
ꝓpter quod nomē tale simpliciter cōe ē om
nibus illis nihil nominās in vno qđ non nōi
netur in altero. Quod aūt ⁊ ratio substantie
est eadem ratio quidem substātie duo dicit
sicut prius ī diffinitiōe equiuocoꝝ. dicit esꝫ
ratio non tantū diffinitionem. sed etiā quan
cumqꝫ declarationē que datur de eo qđ nōi
natur p̄ nomen ⁊ dicit etiam formā a qua no
men īponitur quam oportet eādem esse. et
ita ⁊ nomina ⁊ natura ⁊ ratio īpositionis no
minis erit vna ī talibus vt sic. ⁊ ratio substā
cie ⁊ ratio substātialis addēs simul ī his que
sunt vniuoca. ⁊ quod illa natura ī eis sit par
ticipata equaliter. que nō secundum magis
⁊ minus nec secūdum prius. aut posterius
sit in ipsis. sed vno modo sicut esse est vnuꝫ
q̄ si magis ⁊ minus susciperet nō esset vnū
omnino sicut ī antehabitis determinatuꝫ ē
in libro de vniuersalibus. quamuis eniꝫ nl'
la comperentur nisi per aliquod vnum qđ ē

in illis. tamen illud vnū quod est in eis sm
magis ⁊ minus non pōt esse de esse ipsorum
⁊ ideo ratio ipsius non ē ratio substantie ip
sorum. Substantia enim eorū cōsistit in par
ticipatione generis. ⁊ participatione diffe
rentie que sunt actus ⁊ potētia cōstituentia
substātiam. eo q̄ terminī eē substantialis sꝫ
esse omnium eorū que sunt sicut homo dicit
animal. ⁊ bos dicitur animal. ita q̄ animal
nomen vnius nature notā facit que equalit
est in homine ⁊ boue. que quideꝫ natura est
substātia animata sensibilis. ⁊ ideo si expli
cetur natura siue substātia que dicitur p̄ no
mē. sicut nomen est cōmune sic explicās no
men ratio siue diffinitio erit communis eq̄
liter vtriqꝫ. vnde si quis assignet vtriusqꝫ
hominis rationem hominis. s. ⁊ bouis sm
hoc quod sunt animalia hoc est secunduꝫ na
turam de qua notam facit nomen commu
ne quod est animal eandeꝫ de necessitate as
signabit hominis. scilicet ⁊ bouis rationem
diffinitiuam ⁊ similiter est de sorte ⁊ platōe
in hoc nomine homo. et sic est in omni
bus que vt genus vel species sunt. vel ut dif
ferentia. vel ut proprium. vel ut accidēs sꝫ
eodem nomine predicantur vt dicunt Auic.
⁊ Algazel si enim dicatur sor. est albus ⁊ ci
cero est albus si ratio sumatur secunduꝫ no
men commune predicatum de sorte ⁊ pla
tone erit vna ⁊ eadem ratio. idem si dico sor
tem esse risibile ⁊ idem erit si dicam sortem
esse rationalē. ⁊ vt generaliter dicatur qđ
omne qđ vt vniuersale de multis ⁊ de sibi
subiectis predicatur vniuoce dicatur. Sūt
tamen qui sophistice contra hoc obiciunt di
cens q̄ vero est nomen a forma eē impositū
diuersorum autem diuerse sunt forme. ⁊ iō
vt dicunt diuersa vnum nomen habere nō
possunt. ad quod leuissime respondetur qđ
diuersorū ī eo q̄ diuersa sunt diuerse sunt for
me ⁊ diuersa nomina cum formis illis īposi
ta. Sed nihil prohibet diuersa non in eo in
quo diuersa sunt. sed ī eo in quo vnum sunt.
vnum habere nomen sicut habent vnaꝫ for
mam. ⁊ ideo diuersa indiuidua ī forma spe
ciei. nihil prohibet habere nomen vnuꝫ spe
ciei. ⁊ que diuersa sunt specie nihil prohibꝫ
habere vnam formam generis. ⁊ ideo vnuꝫ
habere nomen generis ⁊ sic est in aliis. ⁊ iō
necesse est q̄ secundum illam formam de q̄
notam facit nomen diuersa habeant vnaꝫ
⁊ eandem illius substantie rationem diffini
tiuam. Diffinitio enim illa non plura dicit
explicite quam nomē id nominetur implicite
Si autem contra hoc aliquis adhuc obiciat
dicens quod impossibile est vnam esse natu
ram siue formam generis in pluribus speci
ebus. ⁊ sic impossibile sit vnum esse nomen

generis quod dicat̃ de pluribus specie diffe
rẽtibus. ⁊ hoc ꝓbatur ꝑ hoc quod dicit̃ vnũ
idẽ non simul actu habz contraria. Natura
autẽ generis est vna ⁊ eadẽ. ⁊ ideo si est in
pluribus specie differẽtibus actu ⁊ vna ea-
dem ratio. vnum ⁊ idem actu simul habet
ↄtraria. habet enim rõnale ĩ homine ⁊ mor
tale ĩ boue vel asino. ⁊ cũ hoc esse non possit
nõ potest esse nomen generis vnũ in homie
⁊ boue. Hec autẽ confirmari videt̃ ꝑ hoc ꝙ
dicit Ari. primo de anima ꝙ ratio animal̃.
secũdum vnũquodqz animal ẽ altera ⁊ alt̃a
falsum ẽ ergo ꝙ sit nomen vnuz ⁊ ratio vna.
Hec autẽ ⁊ similia non ẽ difficile soluere. di
cimus enim ꝙ vna natura generis ẽ ĩ diuer
sis specie differẽtibus numero. Et qꝺ dicit̃
ꝙ idem nõ simul habet cõtraria intelligit̃
de eodem numero ⁊ non de eodem genere
vel specie. Et hec quidem iam ĩ ante habitis
in libro de predicabilibus determinatum ẽ
Et quod dicit Aristotiles ꝙ ratio animalis
secũdum vnũquodqz est altera sic putandũ
est. ratio animalis secũdum vnumquodqz
hoc est secũdum esse quod habet ĩ vno quo-
qz sigillatim ẽ altera. hoc. n. verum est non
tantũ in spẽ. sed etiam ĩ indiuiduo. quia sic
animal non accipit̃ vt essentia generis. sz vt
habet esse speciale vel singulare in specie. vl'
in idiuiduo. sic autem non est genus quia
est i illo tantũ ⁊ non extra illud in alio. ⁊ ideo
sic non est i nec ẽ vniuersalis sed ꝑticularis. qz
quãuis hoc quod ẽ in vno sit ĩ alio vniuersa
li. tamẽ non scꝺm quod ẽ in vno ẽ ĩ alio. vt
in tractatu de vniuersalibus est determina
tum. Relinquit̃ ergo vniuoca eẽ quorum et
nomen commune ẽ ⁊ ratio substantie eadẽ
Attẽdendum autẽ est ꝙ quamuis multiuo-
ca siue sinonima ⁊ diuersiuoca non sunt de
his quibus predicabile ordinat̃ in linea ge
neris eo ꝙ sinonima respiciunt vnum parti
culare vel speciale per diuersas ꝓprietates
que sunt ĩ illo multis significante nominibus
Diuersiuoca autem. sicut diuersa sunt no-
mina sic diuersis attribuunt̃. tamen quia
⁊ Algazel. ⁊ iohannes damascenus in suis
predicamẽtis. posuũt ista. ⁊ nos ea hic pone
mus non ad necessitatẽ sciẽtie. sed ad doc-
trine ꝑfectionẽ. sunt igitur multiuoca siue si
nonima quãdo multa nomina vni rei attri
buũt̃ vt ensis mucro spata gladius. vl' mar
chus tulius cicero. his enim nominibus idẽ
significat̃ secũduz diuersas ꝓprietates que
sunt in illo. Diuersiuoca autẽ sunt quando
diuersa nomina diuersis nominibus attri-
buunt̃ vt lignum hõ lapis ⁊ huiusmodi. sz
his non indigemus ad istius scientie necessi
tatem in qua sicut in geõetricis facit euclides
ea permittimus nisi diffinitiones eorum

que requirunt̃ ad ad ordinationẽ predicab
lis ad vnũ quod ẽ in illo ordine predicabile
siue dicibile pmũ sicut est principiũ trãscẽ
dens qꝺ in omnibus principiis ẽ sicut est ge
neralissimũ ꝑꝑ primum enim oz poneie ra
tionem equiuocoꝝ. ꝓpter secũdum autẽ ne
cessaria est vniuocoruz ratio.

Uia vero sicut dicit Ari. in prima philosophia libro nono omnia acci dẽtium genera reducunt̃ ad substã
tiam vt ad subiectũ vnum omniũ aliorum
ꝑ predicabile quod iter vniuersalia vocatur
accidẽs ⁊ hoc nõ potest fieri nisi per denomi
nationem factã a principali. propter hoc in
scientia ista in qua intẽdimus de predicabi
lium ordine. oportet etiam premittere diffi
nitionem denominatiuorũ. dicimus ergo ꝙ
denominatiua dicunt̃ quecũqz ab aliquo pn
cipali solo casu differẽtia. sm nomẽ ad casũ
isteruz habẽt appellationẽ. vt a grammati
ca que principale nomẽ est scientie litterarũ
ad recte loquẽdum ⁊ ad recte scribẽdum di
citur grãmaticus per iflexionem que ĩ finis
est mutatione. Cum enim dicit̃ denomina
tiuũ propter ↄpositionẽ prepositionis vocat̃
trãsitio siue diuersitas que est inter essentiã
denominãtẽ ⁊ inter eẽntiã denominatam ⁊
ideo que sunt eiusdem nature denominati
onis non suscipiũt predicationẽ vel appella
tionem. ⁊ ideo hõ non dicit̃ humanus ab hu
manitate. sed dicitur essentialiter hõ ⁊ ani
mal rationale. ⁊ omnia que secundũ essen
tiam predicãtur. ⁊ quia etiam propriũ essenti
ale ẽ quamuis non sit de essentia. ideo nõ cõ
grue dicitur homo risibilitatus. hoc in acci
dentibus ẽt secũdum ꝙ ordinata sunt ĩ gene
ribus suis ⁊ speciebus nõ recipiunt denomi
nationis rationem albedo. n. nec dicitur al
ba nec dicit̃ colorata. sed dicit̃ color ⁊ sic de
omnibus aliis. Sed quãdo natura aliena ꝗ̃
est post eẽ alterius intelligit̃ ⁊ significat̃ qua
si circũposita. s. composita per vnius natu
re ad alienam congregationẽ. tunc fit deno
minatio vt dicit̃ homo albus vel alba qꝺ ẽ
res alba. Hoc igit̃ sicut vniuoca ⁊ equiuoca
qz multitudinẽ essentiarum significãt com
petẽtius diffiniunt̃ in plus. vt dicant̃ deno
minatiua quã singulari vt dicat̃ denomia
tiuũ. Et additur dicunt̃ qz totũ ꝙ hic inten
dimus ad dici principaliter ⁊ non ad eẽ ref
fertur sicut ĩ prehabitis. Et quod addit̃ que
cunqz significat indiffinitam accidentium
multitudinẽ a quibꝰ fit denominatio ⁊ qꝺ di
cit ab aliquo notat nomen accidẽtis secũdũ
ꝙ in sua puritate ⁊ principalitate significat̃
Dicit enim Auicena ĩ sexto de naturalibus
vbi agit de anima ꝙ intellectus accidentis
est absolutus quamuis esse accidentis sit de

pendēs ⁊ quod subdit solo casu differētia di
ℓf hic casus quecūqʒ inflexio nominis sʒ si
nē nominis siue dictionis siue fiat p derina
tionē siue fiat p declinationē ut a iusticia de
riuatur iustus. uel dei⁹ dicendo a iusti
cia formatur iustus. Quis secūdum grāmati
cā iusticia deriuet a iusto, tñ secūduʒ naturā
⁊ rōnem denominationis. ⁊ denominati a
iusticia formatur iustus. Grāmaticus enī no
mēn modus ⁊ formās attēdit ⁊ qz in decli
tione ē. sic declinatur iustus. ti. addita. cia. fit
iusticia. ideo dicit iusticiam formari uel de
riuari a iusto. hoc enī mō iustū a iusticia for
mari non pōt. Natura autē denominati
onis extraria, ē qz deuolans ē alienā naturā
informās. ⁊ ideo nōm illius nature pintellige
re oz vt siue alī dictione inflexo denomina
tio fiat. sicut iustū dicitur eadē p inflexiōez
finis a iusticia. ⁊ albū ab albedine ⁊ sic est ab
omnibus aliis. fit autē hec inflexio in fine dic
tionis ⁊ nō in principio qz inflexio finis prin
cipale significatum nō mutat sed modum si
gnificādi tm̄ ut patet i oī declinatōe qm̄ cāus
declinat a recto ⁊ a se inuicē sm̄ ordinē casu
um. Casus autē a principio dictionis muta
ret totū significatū ⁊ non tm̄ significandi mo
dū sicut si diceret iusticia prudentia ⁊ huius
modi i quibus idem terminus ē ⁊ principiū
diuersum ⁊ iō diuersū significatū. ⁊ hoc nota
tur p hoc q̄ dicit solo casu differētia per hoc
enim nō dr̄nt in principali significato. sed in
modo significādi tm̄ i denominatione. ergo
hec tria necessaria sunt. s. natura aliena sbo
q̄ extrinsecus aptata ⁊ q̄ circūposita in pri
cipali ⁊ denominatō eadē res significata et
diuersus modus significādi. Quod autem
addit secundum nomē intelligit secundum
modū nōis qui est inflexio fīs qui casus vocat
Et quod addit hn̄t appellationē per hoc nō
dicit hn̄t notatur habitus q̄ extra applica
tus. Et qd̄ dicit appello enim que dicit qua
si ad pulsum ⁊ cōponit ab a ppositione. ⁊ pol
lo pollis notat q̄ sicut alienū pulsū sit ad id q̄
denominat sicut ⁊ nomē ppriū ⁊ appella
tio uocat pprie qz ex collectione accūm ad
id significādum a pulsum ē. Nomen. n. cōe
pp hoc dicit appellatiuū eo q̄ in eo mista pel
lunt i vnū. ⁊ ideo est cōe multoꝝ Uerius
autē exemplū est ut a gramatica qd̄ est nōm
principale grāmaticus formatur p s⁹ ius infle
xionem. ⁊ a fortitudine formatur fortis. ⁊ sic ē
in omnibus aliis accū talibus denominatiōi
bus. Ex his autē que dicta sunt patet. q̄ in
substātialibus nō potest eē denominatio. sb
stātialia enim sola ptinēt ad eandem naturā
Et si obicit q̄ in substātialibus quedaz si
gnificāt ꝯcrete. quedā autē abstracte vt hō ⁊
humanitas i quo uidetur hō p inflexionem
casus deriuari ab humanitate. Dicēdū
q̄ hec inflexio facta est ad similitudinē acci
tis ⁊ nō de ipsa rei natura. hō enim nō predi
cat de sibi subiectis ut ab alio deriuatū. sed
pdicat ut eē substātiale eius de quo predica
tur. ⁊ ideo iste modus itelligēdi i re nō pōt
poni. sed p similitudinē ad accidēs est ima
ginatus ⁊ fictus vt forma significetur ⁊ for
matum i eo qd̄ est formatum per formam.
hoc igitur est denominatiuū.

Um autem quedā sint ordinabilia
in predicamēto. quedā autē non in
vno. sed in pluribus. quedā vero ne
qz in vno neqz in pluribus. oz nos
hic diuisionē ponere ut sciamus que ptinent
ad pdicabiliū ordinem ⁊ que ad predicabili
um non ordinē. sed compōnez. Sunt enī p
dicabilia p intellectū accepta hic. ergo intel
lectus pōt eē simplex itelligētia siue simplex
per itellectū intuitus. vel compositus intel
lectus vnū cū alio iūgēs ⁊ ꝯponens. ⁊ pēs
hec duo sumit diuisio. qd̄ eorum que dr̄. ⁊
stant sub ꝯōne itellectus. Alia quidez sine
ꝯplexione dr̄. alia uero dicunt cū ꝯplexiōe
q̄uis enim res oēs incōplexe sint. tū ꝯpositi
onē forme cū materia uel pdicati cum sbo si
potest significare itellectus nō p notā cōple
xionē. Cōplexio autē est designatio vni⁹ cuʒ
altero uel nō i altero. sicut ē dr̄ hō currit vel
homo uincit. in his. n. uocibus notat cursus
in eē hōi ⁊ uictoria. ⁊ ut actus inest agēti
Et hāc ꝯplexionē ꝯponēs facit itellectus et
nō in re p modū ꝯpōnis. que media fit iter
hominē agentē ⁊ actuz eius. Ea uero que
sine complexione sunt exēplariter sunt sicut
cū p se dicimus hō. ⁊ per se uincit. p se currit
vt i tractatu de antecedētibus ad logicā satz
dictū est. ubi diffinitū ē ꝯplexū ⁊ incōplexuz
incōplexū autē sub uoce ꝯceptū est ordinabi
le i predicamēto aliquo. Cōplexū autez perti
net ad itellectū ꝯponentem scōm naturā cō
positionis. Aliā autē p̄mittemus diuisionez
sm̄ rōnem illā dictam scōm quā aliud poni
tur i eodem uel diuerso pdicamēto. Et hāc
dabimus quadrimēbrem. sup duas diuisio
nes bimēbres fundataz. Est enim predica
bilium que i predicamēto uel ad subiectum
vnum ordinat aliud substātia aliud accñs.
aliud vl̄e aliud pticulare. Et ē accidēs vl̄e
⁊ accidēs pticulare ⁊ est substātia vl̄e. et est
substantia que est pticulare p coniūctionem
mēbroꝝ diuidentium in duabus diuisioni
bus inductis ⁊ ideo egredit quadrimēbris
diuisio. qd̄ eorum que sunt in natura ⁊ quidi
tate sua alia de sbo quedā dr̄ ⁊ nō sunt in
sbo aliquo sicut substātia vl̄is sicut homo
vniuersale uel spēs de subiecto hoc est sibi se
cundum totā lineam iacto subicit cuz dicit

quādo hō dicitur de aliquo homine sicut cū dicitur per idiuiduum uagū. aliquis homo est homo. vel p idiuiduū significatū sicut cū dicitur sor. est homo in sbo non nulla ē sicut accñs i sbo est quod sui eē cām habet sbm. qū do enim homo predicatur de aliquo homine pdicatū est causa ꝛ essentia subiecti ꝛ non accipit sui eē cām a subo. Alia autem p opposi tionem ad ista in sbo quidem sunt. sed de nl lo dūr ut de sbo ordinata predicatione. sed si dicunt de aliquo ē sicut indiuiduum qd p dicatur de seipso. ꝛ ut melius itelligatur ex planando dicimus quod est eē in sbo. in sbo enim sunt quorum dependētia scdm esse est ad subiectū ꝛ hec sunt que cū in aliquo sicut non sunt i eo sicut quedā pars essentialis uł integralis. qꝛ nihil conferūt ad esse sbi in quo sunt. ꝛ impossibile ē aliquid huius eē scdm actum sicut in eo i qua est. qꝛ ab eo in qua est accipit omne qd non habz extra ipz sicut ac cidēs qd vt vult Ari. potius est eē qz essen tia. Ex huius exēplum ē accidens particula re quod non idiuiduatur nisi p sbm sicut qdaz hec grāmatica que ut i sbo est in anima sine i quadam anima grāmatica i se habēte sciaz

De subiecto uero nullo dicitur quia non predicatur nisi particulari predicatione que ñ est ordinata predicatio. Et similiter quodā album uel hoc albū ut i subiecto est in corpe vel quodam corpore. Omnis enim color i corpore est determinato qꝛ sicut dētur in li bro de sensu ꝛ sensato color est extremitas pspicui in determinato corpore de subiecto nullo dicitur cum sit particulare. Alia uero ꝛ de sbo quoddam dūr ꝛ in sbo quodā sunt ut accidēs vniuersale. vt scientia i subie cto est i anima qꝛ ē accñs anime de subiecto vero dicitur ut grāmatica de qua predicatur sicut genus de specie. Alia uero neqz in sbo quidem sunt. neqz de subiecto dūr sicut sub stantia pticularium vt aliquis hō uel aliquis equus. nihil enim horū que sunt pticularis sb stantie neqz in sbo est. neqz de subiecto dicitur. simpliciter enim ꝛ vniuersaliter que sunt indi uidua ꝛ scdm numerum singularia. hoc est que sunt vnū numero non dūr de aliquo ut d subiecto cū in descēdendo vltima sint ne ha beāt sub se de quo dicantur. nihil tñ pbibet qn quedā eorum in subiecto sunt quādo acciden tia pticularia sunt. quedā eniz grammatica ut dōati in subiecto est in anima donati.

Hac igitur diuisione cognoscuntur que in genere sunt vniuersalia ꝛ particularia i eodem. que predicantur ut accidētia in vtrisqz generibus ꝛ que predicantur ut pticularia. Si autez que ritur quē est ista diuisio dici pōt q est simil' ei que est generis i species. Cū autem commu ne diuiditur potius dicitur eorum que sunt qz eorum que dūr. qꝛ potius sunt ista secūdum eē qz secundum dici. qꝛ eē sic uel sic in alio est causa eius. quod ē dici uel predicari. Et ac cipiūtur secundū hanc diuisionem que sunt in linea predicamētali ut genus ꝛ species et non idiuiduum. Et accipiuntur etiam ea que sunt extra genus ut accidētia ꝛ que secundū accidens predicantur sicut ea que sunt in ge neribus accidentiū predicantur de subiecto Si autem obicitur q subiectum i hac diuisi one nō accipitur i vna ꝛ eadem ratione eo q subiectū accidentis. ꝛ subiectū vlis nō vno modo substant nec habēt vnam. et eandem rationem substādi. Dicimus q vna ꝛ cōis ratio substandi est i vtrisqz. sed spēalis nō est vna. in hoc enim vna ē q subiectum i se fun dat ꝛ sustinet predicatum quoad eē verum quod est eē actu in natura sic enim ꝛ substan tia secūda est in prima ꝛ accidēs in subiecto Differt autē in speciali quoad hoc q secun da substātia est causa essentie ꝛ eē prime sbz autem ē causa accidentis scdm eē q habet. diuisio autem secundum partes quas habz nosticat que ꝛ qualiter loquuntur i linea pre dicamentali sicut deinde est. hec igitur omnia vt diffinitiones quedam his que dicerentur or dine predicabilium premissa sunt qꝛ et diui siones ad hoc sunt ut diffinitiones partiū ꝛ diuidentium habeātur per quas sciat quali ter ꝛ quo ordine in genere ponēda sunt.

Uppositiōes autē sunt due que pro principiis premittēda sunt ordini predicabilium quarum vna quod est q quando alterum de altero p dicatur ut de proprio sibi in recta linea sbo. ꝛ directe ꝛ substantialiter substante secundū omnium quinqz vniuersalium respectu ad ea que directe sunt ipsis sunt quecunqz eo q predicatur dicūtur recto ordine ꝛ substanti ali omnia etiam dici de subiecto necesse est hoc quidem in scientia de vniuersalibus se cundum omnem modum predicandi quin qꝛ vniuersalium vedimus extra vt homo ꝛ species predicantur de quodam homine. ani mal autem in eodem ordine de homie pre dicatur ut genus ꝛ substantia d animali. ne cesse est q et animal ꝛ substantia de quodaz homine predicetur. Similiter rationale p dicatur de quodam homine ut differētia sē sibile autem ꝛ uitale ꝛ animatum de ratiōa li ut genera ꝛ differentie necesse est q ꝛ hec de quoddam homine predicentur. Simil'r risibile de quodam hoie predicatur ut ppri um. de risibili autem admiratiuū ut genus ꝛ de hoc suspensiuum ad apprehensa ꝛ ad h secundum naturam desiderationis. necesse est q adhuc de quodam homine predicentur. Similiter albū de quodam hoie ut actiuuz

predicatur de albo aut colloratū. de colorato aut quale oꝫ igitur ꝙ ⁊ hec de quodā hoīe predicetur. ⁊ generaliter loquendo quecūqꝫ secundum rcām lineam ordine indiuidui ad speciem ⁊ speciei ad genus de predicato quecunqꝫ dici possunt. ⁊ sicut Auicena ⁊ algazel dicunt i negatione ē similiter. omnio negentur ea de predicato quecunqꝫ sunt ꝯm formam speciei aut generis predicato opposita. vt si quidem homo non est lapis. lapis autem ē inanimatum necesse est ꝙ quidam homo non sit inanimatum. Similiter est in ordine differentiarū ⁊ propriorum ⁊ accidētium sicut si homo est rationale. ratiōale āt non ē insensibile ⁊ sic de aliis. sequitur ꝙ homo non sit insensibile. ⁊ hoc est facile videre in omnibus sicut si homo ē risibile. risibile autem non potest eē non admiratiuū sequit ꝙ quidā hō non possit eē n̄ admiratiū. Et si homo est album. album autem non est non coloratum sequitur ꝙ homo non est non coloratum ⁊ sic est in omnibus. ⁊ hoc principio vtimur ad ponēdam rcām lineam predicamentalem ⁊ ad sciendum que extra lineam sunt predicamentalem. Ex his autem facile patet ꝙ non sequitur. quidam homo ē homo. homo est species. ergo quidam homo ē species ⁊ homo ē animal. ⁊ animal est genꝰ ergo homo est genus. non enim species predicatur de homine. ut subiecto. ꝯm rectum ordinem predicamentalem. sed predicatur de ipso ut accidēs extraneum ab hoc ordine ⁊ ideo in tali argumento est falacia accidentis. Et per hoc etiaꝫ principiū. prima figura inuenit i sillogismis. sicut patebit in doctrina priorum analeticorum. Alterum autēz principium est ꝙ diuersorum generum. ⁊ nō sub alternatim positorum. diuerse sunt species. ⁊ differentie sicut enim diuersa sunt genera al'⁊ scientia secundum diuersa predicamenta. vnum enim est genus in predicamento qualitatis. ⁊ non sunt i eadem predicamēti linea subalternatim posita. ita ꝙ vnum sub altero directe ꝯtineatur ⁊ non habent diuersas differētias non ad se inuicem ut in sinis. ⁊ superius ordinatas. Animalis enim spēs sunt homo ⁊ equs. differentie autē ut gressibile quadrupes ⁊ volatile. Scientia vero nullam harum spērum vel differētiarum est. hec species scientie sunt grāmatica logica. et phisica. differentie vero demōstratiuū opinabile ꝓbabile. ⁊ huiꝰmōi. Scientia enim vna nō differt ab alia i eo ꝙ vna bipes sit ⁊ alia non. sed volatiuū ⁊ similiter est de omnibus generibus non subalternatim positis que n̄ in eadem linea ꝯtinentur predicamentali.

Ad hec tamen que dicta sunt instātie ferunt sed sophistice sunt. quarum prima est de corpore qđ ponit species substantie ⁊ species q̄titatis que sunt diuersa genera. ⁊ non subalternatim posita. Secūda est de scientia que ponitur ⁊ species qualitatis ⁊ relationis. Tertia est de quadrato quod est differentia figure ut i secundo euclidis dicitur ⁊ est differentia numeri. ut scđo arismetrice. Quarta est de rectaglō. qđ ponitur differentia triāguli vt patet i primo euclidis. ⁊ ponitur differentia quadranguli. vt patet euclidis scđo Omnes autē iste instantie sunt sophistice qꝛ corpus secūdum ꝙ est species substantie. et scđm quod est species q̄titatis equiuocum est ⁊ non sumitur secundum vnam rationeꝫ Corpus enim quod est in genere substantie est substantia mensurata tribus diametris. ad rectos angulos secātes. Secundum autem quod est in genere quantitatis est ipsa trina dimensio. Similiter scientia relata ad scibile species est relationis ⁊ secundum ꝙ est qualitas scientis est in genere qualitatis. Quadratum autem nō dicitur de numeris non transūptiue ⁊ non proprie. Similit autem ⁊ rectangulum nō eodem modo dicitur de triangulo. ⁊ de quadrangulo. quadrāgulo eniꝫ cōuenit per se et semiꝑtringlo. aut accidit queritur enim triangulo ⁊ per accn̄s Quidam etiam instant de rationali quod ut dnt conuenit mortali ⁊ inmortali vt dictuꝫ est in scientia de vniuersalibus. Sed ad hoc quidam dicūtur ꝙ alterna ⁊ subalterna sūt subalternatim posita ⁊ in eadem linea predicamentali quamuis enim vnum horum sb altero non ponatur. tamē ambo ponuntur sub eodem genere superiorum sicut sub substantia. ⁊ ita intelligitur quando dicitur nō subalternatim positorum ita ꝙ sit sensus diuersorum generum ⁊ non subalternatim positorum. hoc est non sub eodem communi ꝙ supra ipsa sit positorum. ⁊ ita oportet dicere secundum stoicos ⁊ epicuros in veritate. tū rationale non conuenit icorporeo ⁊ corporeo secundum vnaꝫ ⁊ eandem rationem. sꝫ hoc determinare est libri causarum. Subalternorum vero generum quorum vel vnuꝫ ponit sub altero vel ambo ponūtur sub vno superiori communi genere nihil prohibet easdem esse differentias. Superiora enim genera de inferioribus predicantur propter ꝙ secundum principium prius inductum. quecunqꝫ predicantur de ipso predicato differētie vt diuisiue predicantur etiam de subiecto vt constitutiue. Sed diuisiue de genera predicantur sub disiunctione vt substantia aut corporea. aut incorporea de specie auteꝫ supposita altera differentiarum predicatur vt constitutiua vt de corpore corporeum. et de animali animatum. sensibile hec igit sūt

que vt suppositiones premittere volumus ordinationi predicabilium.

His ita premissis iam genera . in qua predicabilium vniuersitas reduci habet inuenienus. dicimus igitur quod eorum que secundum nullaz complexionem dicuntur. ita quod nec habet complexionem orationis perfecte. nec imperfecte. nec complexionem diffinitionis. sz simpliciter incomplexa sunt vnū tantum significantes. ⁊ nihil cum ipso. singulum secūduz se ipsūz i indiuisibili acceptum aut substantiam significat. aut quantitatem. aut qualitatem. aut ad aliquid. aut vbi. aut quando. aut situm esse. aut habitum. aut facere. aut pati significat. horum autem vt figura sit siue superficialiter per extra positionem sit manifestatio est. Substantia quidem vt homo ⁊ quecunqz res per se exns. quantitas autem vt bicubitum et tricubitum ⁊ quodlibet qd̄ commune vel discrete mensurat magnitudinem vel multitudinem. Qualitas vero est vt album vel nigrum. ⁊ huiusmodi. ad aliqd autem siue relatiuū vt duplum. dimidium equale maius ⁊ minus. ⁊ huius. vbi vō vt in loco sicut in foro vel in theatro vel sursum ⁊ deorsum ⁊ huiusmodi. quando vero. vt heri vel hodie ⁊ cras. vel olim ⁊ nunc. ⁊ huiusmodi. situm vero eē vel positum esse vt sedet iacet stat ⁊ huiusmodi habere autē vt calciatus. tunicatus. armatus. ⁊ hu'môi facere vero vt secare. vel vrere pati vō est vt secari vel vri calefieri i frigidari vel huiusmodi. Ad hec omnia habent reduci p̄dicabilia sicut ad prima sue coordinatiōis genera ⁊ prima rerū illius principia. quamuis enim multi laborauerunt. vt rationem penant. quare numerus principiorum omniū rerum stat in. x. nos quātū possumus studebimus ex propriis horum generum modis predicandi ostendere huius numeri rationem. notandum igitur est q̄ iste numerus non est nisi predicabilium que vt vniuersalia de subiectis predicantur. propter quod si aliquid est quod de nullo predicat vt vniuersale nec de ipso potest aliquid predicari vt de subiecto ⁊ particulari. vel specie illud non est in aliquo istorum generum. sz est ante hec. ⁊ causa omnium istorum sicut causa prima deus scilicet excedens omnia qui nec est vniuersale. nec particulare. nec species. nec genus nec differentia nec potētia. nec accidens alicuius. ⁊ vere non est aliquid vt essentia vel vt accidens alicuius. sed est omnium efficiens ⁊ tale principium per suam scientiam actiuam. ⁊ per intellectum vniū agentē hec autem in libro de causis habēt probari.

Si que etiā sunt forme seperate res formantes ⁊ a rebus separate nullomō miscibiles ad quas ipsē rea sicut ad sigilla quedam formantur ⁊ rebus non in sunt sicut dixit plato ille de rebus non predicantur eo q̄ nihil sūe rerum Et non potest aliquid de aliquo predicari quod nihil ipsius ē Ille etiam modo nō sunt in genere nec ad aliquod genus reducibiles ⁊ si dicunt substantie erit equiuotuz nomen substantie ad istas substantias. hoc aūe in prima phia hz determinari. omnia autez que vniuersalia sunt. uel vniuersalium subiecta quecunqz aliquo modo sunt in quibusdam. ⁊ in quibus ut in subiectis sunt quocunqz mō illa reducuntur ad ista qnqz genera que sunt numerata ⁊ exeunt ab eis sicut a primis suis essentialibus principiis. Sunt iterum quedam non ad vnum genus reducibilia. sed sunt in omnibus sicut ens. ⁊ vnū ⁊ res ⁊ aliquid que dicuntur non genera. sz vt principia quedam per prius ⁊ posterius. de generibus illis dicta. Et ista genera partes dicuntur illorum ⁊ non illa nec equaliter predicantur de istis. sed secundū prius ⁊ posterius dicta. ita quod sunt in vno recte ⁊ vere ⁊ non sunt in aliis nisi per analogiaz ⁊ proportionem habitudinis qua se habent ad vnum principium. Aliqua etiam sunt in pluribus generibus. sed i quocunqz sunt vere illius generis. sicut motus qui in loco est vbi fluens in qualitate quale fluens in quantitate quantum fluens. Et ipsa mutatio in substantia est aliquo modo substantia fluēs. His ita prelibatis dicim⁹ quod predicabile de aliquo aut est substantia aut est accidens ⁊ hec diuisio est per opposita immediate que reducuntur ad affirmationem ⁊ negationem sicut ens per se. ⁊ non per se. ens autem per se. ut per se ens predicabile est substantia ⁊ est genus omnium primum ⁊ aliorum omnium quoddaz principium. Ens autem non per se predicabile vel subicibile est accidens de necessitate ⁊ hoc ē ens in alio vt in subiecto quod in duo secūdū Aristo. diuidi habet. Accidens quidem āe est accidens secundum in esse. aut secundum aliquem modum ad aliud se habere. Si āt est accidens siue aliquod cadens secundum absolute in esse. tunc autem in est secunduz materiaz que potētia diuisibilis est ⁊ extensibilis ⁊ numerabilis ad formarum susceptionem que inquantum potētia primo inenitur in materia. aut in est absolute secundum potētiam forme. que est perfectiua materie ad actum ⁊ operationem. Si autez primo modo inest. tunc est qualitas que dispositio ē substantie ad operationes aliquas et ad actus. Si autem non est accidens secundum esse

absolutum hoc cadit ad substantiam secundum
id quod est aliquo modo habere se substanti
am ad aliud. tunc non potest esse nisi duobus
modis. aut enim id aliquo modo se habere
ad aliud causatur a substantia comperata ad
aliud. aut ab illo extrinseco comperato ad sub
stantiam de qua predicatur. si primo modo
tunc iterum non est nisi duobus modis. aut
enim est in comperatione simplici ad aliud
autem secundum comperationem partium
ad totum in se ipso consideratum. ⁊ si est secun
do modo est situs vel positio. Si autem est
primo modo aut secundum comperationem
ortam a forma aut secundum comperationem
ortam a toto simul. Et si est predicabile se
cundum comperationem ortam a forma est
actio. unde dicit Auerois in comento super
phisicam Aristo. ꝙ actio nihil aliud est nisi
comperatio agentis ad paciens. Si autem
comperatio illa est orta a materia tunc est pa
ti. propter quod idem Auerois dicit ꝙ passio
est comperatio pacientis ad agens secundum
ꝙ agens est. Si autem oritur a toto non po
test oriri nisi per aliquem actum totius quo i
nascitur comperatio illa. ⁊ tunc est ad aliquid
siue relatio. si autem oritur comperatio ab
aliquo extrinseco comperato ad subiectum.
de quo fit predicatio. illud extrinsecum aut
est adiacens tantum. aut adiacens ⁊ appli
catum. Si autem est adiacens tantum. ⁊ ex
adiacentia simplici comperatum. aut est ad
iacens ei quod est esse quod est cum motu ⁊
esse distenso. si primo quidem est ortum ab
adiacentia extrinseca tunc est ubi. Si autem
comperatio est orta ab adiacentia extrinseci
secundo modo. tunc est predicamentum quan
do. si autem oritur ab adiacente extrinseco
⁊ applicato tunc est predicamentum habitus
nec possunt plura predicari secundum adiacenti
am extrinsecam. Est autem aduertendum
ꝙ singula eorum que dicta sunt. quando ut
singula ⁊ incomplexa accipiuntur in nulla di
cuntur affirmatione vel negatione. quia affir
matio non est nisi unius predicati de aliquo
negatio autem non est nisi diuisionis ostensio
diuisionis dico alicuius ab aliquo. horum .n.
predicabilium complexione vel compositio
ne ad inuicem fit affirmatio vel negatio. et
sine huius termini non potest. propter quod
affirmatio ⁊ negatio non sunt formaliter et
actualiter in rebus. sed in anima a sine intelle
ctu componente aliquid cum aliquo vel diui
dente aliquid ab aliquo. propter quod omnis
affirmatio videtur vera esse vel falsa ⁊ sic
omnis negatio propter quod etiam in quinto pri
me philosophie dicitur ꝙ verum ⁊ falsum sunt
in anima ⁊ non in rebus ⁊ hoc est verum de
hoc vero quod est adequatio rerum comple
xarum cum intellectu componente vel diui
dente. Ea autem que sunt de numero eorum
que secundum nullam complexionem dicun
tur sed incomplexo ⁊ indiuisibili intuitu intel
lectus accipiuntur hoc modo veritatis vel fal
sitatis neque vera sunt neque falsa. incomplexa
autem sunt ut homo album currit. possunt
tamen alio modo esse vera vel falsa secundum
ꝙ verum dicimus purum aliene nature non
permixtum. vel existens ⁊ non apparens tan
tum sicut dicimus verum aurum aliene nature
non permixtum ⁊ dicimus verum esse ⁊ in
veritate quod ita existit secundum actum si
cut apparet. Et dicimus pannum fantasma
esse quod apparet ⁊ non existit sicut fantasma
ta ⁊ somnia ⁊ melancolicis visa. verum enim
sic cum ente conuertitur in puro ⁊ vano. hic
est ipse Aristo. in tertio de anima dicit ꝙ in
telligentia indiuisibilium est in quibus non
est verum. in quibus autem verum est ⁊ fal
sum est iam compositio quedam intellectuum est.

Iam de predicabilibus secundum
ordinationem eorum ad unum quod
est generalissimum in ordine illo tra
ctandum est. quia aut omnium prima
est substantia. ideo primo de substantia dica
mus. Est autem substantie triplex conside
ratio una quidem secundum ꝙ substantia est
pars entis prima ⁊ principalis que in se ve
ra est ⁊ causa est omnibus aliis existentibus
Secunda autem secundum ꝙ substantia pre
dicabile est primum ad quod est reductio om
nium predicabilium siue coordinationis. Ter
tia autem secundum ꝙ substantia primum
subiectum est ad quod sicut ad subiectum om
nium quocunque modo predicabilium est re
ductio sicut ad id de quo est predicatio. Pri
mo quidem igitur modo substantia est ens
per se existens. nec in alio nec ab alio sine exi
stentie causam habens. ⁊ hoc modo substantia
est primum ⁊ vere ens. ⁊ est essentia inuari
abilis et incorruptibilis que omnibus aliis
causa est existendi. Est autem actus simplex
prime cause per quem omnia subsistunt que
per se sunt. ⁊ habet actum ad similitudinem
substantie sue producentis prima causa ⁊ est per
se existens quia non per aliud vel ab alio est ꝙ
sit causatum sed ipsum est causatum primum
in modo existendi ad similitudinem prime
substantie productum. Et hec substantia sim
plex est essentia sicut habetur ex libro causa
rum. Et hec substantia secundum processum
materialitatem ⁊ variabilitatem ⁊ particu
laritatem quorum nihil habet secundum ꝙ
in prima causa est. ⁊ secundum hoc ꝙ est ab
ipsa. ⁊ sic de substantia agitur ubi sensibilis
substantia ad insensibilem reducitur ⁊ insen
sibilis ad intellectualem ⁊ intellectualis ad

diuam cuius tractatus de substantia ptinet
ad primum phm̄. Secūdo mō substātia ē p
mū cōe predicabile. ad qd̄ oē predicabile qd̄
ē substātia reducit. Et qr nihil predicat de
aliquo nisi qd̄ est totū ipsum. ⁊ forma totius
que totū dicit ipsum. ⁊ eē ipsius qd̄ est i potē
tia vel actu. Cum sēm autē primū i sba de
quo oīa alia predicant sit ɔpositū opz qr et p
primum primū predicatū sit ɔpositū ⁊ forma
totius totum eē totius dicēs sm qr ē ipsi⁹ to
tū in quo predicato pōt designare. et hec est
substāa de qua intendit logicus. hec autē sb
stantia ē primū qd̄ supponit vel subicit in to
ta coordinatione eoꝝ que substātia dicit for
male dr̄as in spēs ⁊ genera subalterna p or
dinē descensus ⁊ spēs spēalissimas. ⁊ indiui
dua. hoc enim ē genus formale in oia que sūt
sue coordinationis genera ⁊ spēs indiuidua ⁊
cuilibet pōt patere qr hec totius illius coordi
nationis ē primū principiū ⁊ est ɔpositū qr
aliter nō eēt in se p se exñs. Est autē ɔpositū
formale a forma que dicit totū eē secundum
primā notionē sbe l qua rō substāie intelligi
pōt. si autē querit que sint ɔponentia ipsum
cū nihil hēat ante se ex quo ɔponi possit. dicē
dū qr nihil extrinsecum i eī ante se habet in
tra se tamē habz intellectū ɔponētium ipsuz
Est enim ens ⁊ ē p se qd̄ addit sup ens intel
lectualē ɔpositionē qr ex ente ē ⁊ ex eo qr est p
se ē hoc. Et vt dicit Boeti⁹ aliud habz quo
est aliquid. aliud habet quo hoc est. ⁊ hec est
forma ɔpōnis eius qr nihil habz materie q̄
ius hēat id qd̄ est ⁊ eē. Et hec ē prima notio
substātie que de omnibus predicat que in re
cta linea predicamētali sunt i predicamento
substātie. Sūt tū que dicunt substātie nō qr
qr hāc substātie recipiāt vel ptcipāt rōnez sz
qr sunt principia eēntialiter ɔstituētia substā
tiā sicut forma dicit substātia ⁊ materia dr̄
substātia vt dicit Aristo. in secūdo phisicoꝝ
Sed hec nō sūt i substantia sm rectū ordinē
pdicamēti. sz reducūtur ad substāntā vt prin
cipia substātie. p hāc dignitatē qd̄ nihil p sui
eēntiā facit substāntā nō sba hoc igit mō sub
stātia ɔsiderat a logico. ⁊ ē pūtis intentionis
Tertio aūt mō substātia dicit ab actu substā
di. ⁊ tūc dicit substātia que p se subsistat. ⁊ oī
bus aliis que subsistāt dat quod subsistāt. ⁊ hoc
mō sba indiuidua ē sba sola. a qua tū nulla vt
inferius patebit ē pdicatio. sed oīa subicibi
lia a oīuz que quibuscūqz subiciunt ē ab' ipa
Et qr nos i hoc libro itendimus de predica
bilibus sm suas coordinationes reductiōe ad
vnū. iō hūt substātiā primā oz ponere que tū
vltima ē secūd ū ordine primo ⁊ scdo modo
dicte substātie. Scdm ergo primā itētionez
substātia ē eēntia que. nec genus. nec spēs.
nec indiuiduū. sz ē simplex. scdo autē mō dic

tā substātia ɔposita ē. ⁊ ē primū genus oībus
sequētibus dr̄us formabile ⁊ determinabi-
le ad eē spēꝝ ⁊ indiuiduoꝝ Tertio autē modo
dicta sba ē determinata materia ⁊ supficie.
⁊ loco ad hoc singulare vel illud. Et primo qdē
modo sbstātia nec ē quale quid nec hoc aliqd
sed simplex essentia. Secūdo autē modo est
substātia quale quid ab eo qd̄ format habēs
quid. ⁊ a formāte hūs quale. Scdo aūt mō
est hoc aliquid. Principia autē substātie p
pria sūt id qd̄ est qd ⁊ formabile qd̄ ē nō mō
materia quidē. sed materie pportionē ha
bens i eo qr sustinet se formās. ⁊ i eo qr forma
bile ē ⁊ scdm principiū qd̄ ē dās esse hūs p
portionem ad actū forme. qui ē determinat
ad eē ⁊ finire ⁊ distinguere sicut dicūt Aui.
⁊ Alfarabius. Hec aūt que dicta sūt. valde
notanda sunt. qr soluunt p ea multe qōnes
hic igit tertio ⁊ secūdo mō tractabimus de
sba primū mōz primo phō relinquētes.

Incipiētes igit a prima substātia di
cimus qr sba q̄ pprie ⁊ principalr. et
maxie ⁊ tertio mō sba dr̄. ē qr nec de
aliquo sibi directo subiecto i quo sit p naturā
⁊ itellectū pdicat. nec ē i sbo aliquo. Et p hoc
qd̄ dr̄ proprie sba excludit sba que nō ē ppe
sba. sz sbale primū i quolibz genere sicut co-
lor sbale ē albedini ⁊ mēsura sbalis ē pedis.
vel cubiti vel alicuius alterius spēi mēsure
Dicit aūt principalr ad sm substātie exclusi-
onē que nō sba ē ab actu substādi dicta non p
primā sbaz. ⁊ dicitur maxime eo qr pluribus
subsistat q̄ aliqua alia qr substat ɔiter accidē
tibus que nō sūt nō a eēntia indiuidui. p hoc
āt qr de sbo nō dr̄ hz qr ē indiuidua vere i na
tura sm actū exñs. ⁊ nō hz actus itellectus
exñaz vt vlē. per hoc aūt qr nō ē i sbo hz qd̄
ē p se ens ⁊ nō i alio nec ab alio exñam hūs
sed igit ē prima sba cuius exēplū est vt aliqs
homo vel aliquis equs. qr autem per nega
tionem diffinit cū dr̄ quē nz de sbo dr̄ neqz i
sbo ē. cā est qr sicut prima ē i substādo. ita vl
tima est in essendo. Et ideo in substando per
affirmationē affirmātem aliquid qd̄ sibi cā
eēt substādi diffiniri non potuit. nec etiaz po
tuit diffiniri per aliquid qr sibi esset cā b ali
quo pdicandi qr de nullo predicatur vltimū
enim i ordine essendi non potest habere ali
quid sub se cui essentialiter insit. in esse autē
essentialit cā est qr aliqd de aliquo vt gen⁹ vl
spēs eēnalit pdicet. pfectum autē eē in actu
vltimo scdm naturā ⁊ sustentās omnia. alia
cā est qr in nullo sit vt accidens. his ergo de
cāis sic p duas negationes oportuit ipsā dif-
finiri que tamē negationes infinite non sunt
quia site sunt ab his que in eadem diffinitio
ne ponuntur. Attende autem quod non
est idem non dici de subiecto. et dici non de

subiecto non dici de subiecto. n. ē qd dici quidem potest predicari sed non hz sub se i quo sit eēntialiter secūdum ordinem linee pdicamenti de quo predicetur. Dici āt non de sbo hoc ē q prima sba nulla ē ordinata predicatio. iō dr q neqz de sbo ē. qr āt nullo mō sibi conuenit inee cum oia alia sibi insint. et saluentur in eē nature per hoc q sibi insint aliquo mō. ideo impossibile sit ipaz primā sbam inee alicui. Et sicut diximus hoc sbe pprie et non appropriate q. n. nō pprie sz appropriate sba ē et non scdm naturā et sm eentialitatem suam sba ē sed hz ad id qd est quedam sba pporcionalitatem sicut color se hz ad albedinem qn diffinitur albedo. et iō dicit aristotiles in quinto uel primo topicorū q siquis albedine posita dixerit p diffōez q pbatum ē colorem eē quid ē dicit. sz quale significat. Non. n. ē sba sed pportionem hz ad sbam que ē cā sbe p hoc q in diffōne speciei eentialiter ē sicut genus in specie. et hoc ē per similitudinem pporcionis ꝛ non p' nature ueritatem. Cum uero dr principaliter sba principale dr id qd ē primum et per se non per aliud neqz per accidens substandi ꝛ fundandi principiū. hoc. n. non hz ab alio sicut sba scda ab alio hz q substat. non quidez q in ea sit nisi in potētia. qr prima sba non ē in scda neqz scdm actū neqz scdm itellectū. sed hz a prima sba sm q ipsa que dr secūda sba quedā notio ē totius prime sbe totū esse suum dicens in potētia nō in actu. i actu. n. non dr totum eē ipsius nisi in noīe īdiuiduī potētia āt ē ab actu aliquo primo in ordine rex oium ꝛ genex. Et sicut diximus magis dr qr oibus que insunt substat quocūqz mō aliquid sit in aliquo et saluat inee ola sm i naturam q solum eē ē perfectum ꝛ vex. ꝛ tale eē non hz scda sba pnt scda sba ē. et iō in tali eē fundare non pōt aliquid. Qd āāt in diffinitione ponitur dr et non ponitur ē cā ē qr diffinitio datur de sba sm q innotescit per nomen sbe ꝛ non datur scdm principia que sbam in esse sbe constituunt scdz āt q innotescit in nomine magis conuenit dici q̄ʒ eē. exempla autē non sunt posita de indiuiduo signato sed de indiuiduo uago. iō qr hoc indiuiduum hz aliquid de natura speciei ut in scia de vlibus diximus et iō attingit naturā incorruptionis et eternitatis ꝛ sic magis cōuenit scie. aliter. n. descendentem a generalissimis usqz ad specialissima iubet plato quiescere. et q de talibus propter suam infinitatem non pōt eē disciplina. hz āt indiuiduum uagum aliquid de speciei predicatione. propter quod in doctrina predicabilium conuenientius ē exemplum per indiuiduum uagum q̄ʒ per indiuiduum signatum. hoc ē igitur sba ad quam ē oium aliorum predicabilium reductio. ꝛ non ē subsistentia secūda ad quod oia reduci possunt. ꝛ iō dicitur eē prima ꝛ in ordine reductionis omnium ad vnum primam ipsam eē necesse ē hoc igitur sic dicta prima substantia.

Secunde uero substātie dicunt species in quibus ille que principaliter substātie dicuntur insunt sicut contentum ē in cōi ptinente qd supposita sua ut partes continet subiectiuas. sicut species cōtinet indiuidua que sunt sub ipsa specie ergo species sunt secunde substantie ꝛ genera ipsarum que ipsas species continent sunt secūde substantie. vt aliquis homo in specie quidē est in homine contentum. cum autem sit animal speciei illius genus erit etiam i animali sicut in genere. et ideo animal est secūda substantia. Secunde igitur substāne dicuntur ut homo species et animal genus et sic est de omnibus alius speciebus et generibus. Attendendum autem quod secūdū ueritatem sunt tres substantie formales

Sunt enim forme que sunt tantum formantes. et ille sunt prime forme procedentes a lumine agentis intellectus ad rei constitutionem. sicut lumen quod ē coloris formalis et substantialis causa procedens ad corpus terminatum in perspicuo. Et sūt forme substantiales que sunt cum eo ingredientes in esse rei et constituentes. que sunt sicut lumen causa coloris qui iam diffunditur in superficie perspicui. et ille sunt cōmūe substantie formales rei ipsius. que substantialiter est constituta. Et similiter substantie formales que sunt rem constituētes que sunt sicut color est immutatiuus uisus vel motiuus secundum actum lucidi sine pspicui. qui abstractus a colorato corpore determinato secundum esse spiritale est i perspicuo et secundum esse speciei et animale siue intentionale est in oculo percipiente colorem. Prime igitur magis sunt facientes uirtutem causatiuam siue formatiuam habentes a lumine intellectus agentis et iste de re constituta non predicantur.

Secunde autem forme sunt materiaz et compositum perficientes. in composito quiescentes. et ideo non predicantur de re in qua sunt sicut nec prime. Tertie sunt a rebus abstracte. et sunt rerum constitutarum intentiones et notiones. et ideo predicantur de ipsis nomine et ratione. propter quod etiam secunde substantie dicuntur non quia simpliciter substantie sint sicut prime sed quia sunt secunde. hoc est hoc secundo loco substātie sicut prie sbe dicūt prie. q̄

primo loco uel ordine dicuntur substātie perfectam participantes substantie rationem.

Ad perfectam autem substantiam et rationem perfecte substantie tria requirūtur. quorum vnum et primum est quod perfectissimum eē in natura et actu habeat et nō esse intentionale vel intellectuale tantum. et hoc esse non habent species et genera secundum quod huius. Secundum autē est quod secūdum se subsistet. et in se fundent ad esse quecunque sunt rerum hoc nō habēt secunde substantie quia fundantur i primis et non fundant eas in esse. Tertium est. quod aliis fundandi et substandi uirtutē tribuant. sicut quod secunde substantie cōsequnter substant accidentibus consequenter habent a primis. Consequenter autem dico. quia sicut in generatione hic generat hūc secundum naturam. sed quia hic generans ē homo et hic generatus est homo ideo consequenter sequitur quod homo generat hominem. ita hic homo est albus. et quia hic est homo et hoc album est albuz. ideo sequitur quod homo est albus. cum tamē albedo sit de accidentibus indiuidui et non de accidētibus speciei nec accidit speciei nisi differentia indiuidui et sic non est de proprio quia secundum naturaz propria primo accidit speciei. et per speciem uenit ad indiuiduuz.

Sic ergo secunda substantia dicitur q̄ secundo stat ut substantia cōmunis nō equaliter predicetur de prima substantia et de secunda aut cum dicitur substantiarū alia prima alia secunda sit diuiso multipliciter dicti secundum hoc quod substātia dicitur ab actu et causa substandi et in hac intentione hic dicitur substantia. aut sequeretur nō esse uerum quod in sequentibus probabitur. quod scilicet destructis primis substantiis impossibile sit aliquid aliorum remanere.

Obicitur tamen sophistice contra ea q̄ dicta sunt. quia prius sunt que sunt cause et diffinientia quā causata et diffinita. secunde autem substantie sunt cause quare substātie sunt prime substantie. sunt enim genera diffinientia species. species autem sunt totum eē formale et formaliter substantiale indiuiduorum. videtur ergo q̄ ille que sunt substātie secūde uocate sūt prime et que sunt prime uocate sunt secunde. Et ad hoc dicunt sophistice quidam quod secundum ordinem et rationem essendi proculdubio ille que dicuntur secunde sunt prime. sicut probat obiectio. et ille que sunt prime uocate sunt secūde. sed secundum actum substandi et subsistendi indiuidua substantie sunt prime substantie ⁊ species et genera sunt secunde.

Sed aliter dicendum est quod hic communis substantia po' est eē intētio eius substantie que est in re et causa formalis ⁊ notio rei et sic secunda substantia erit prima ⁊ prima secūda. uel potest eē vniuersale abstractum a re et sic est consequēs esse rei ⁊ vniuersale et non est subiectum sed accidens. ut in prima philosophia dicit aristotiles libro septimo. sic ergo vniuersale quod est genus et vniuersale quod est species accepta ut notiones essentiales porme totius esse rei i potentia uel in actu secunde substantie sunt. hoc ē secūdo substantes et secūdo in eē nature et actu subsistentes. et hoc mō intelligit aristotiles. Substantiam autem que cōis ē ap primam et secundam non diffinit aristotiles q̄z multipl'r ē dicta de illis. Ex his aūt que in prehitis determinata sunt manifestū. q̄z eorum que de subiecto dicuntur necesse ēē et vnū nomen et vnam rōnem predicari de subiecto in de aliquo homine particulari et rō diffinitiua et nomen predicatur hoīs quod exemplo probatur. q̄z quidam homo homo ē et sic nomen predicatur et ē animal rōnale mortale et sic predicat' rō. aliter enim non eēt uerum qd̄ in phisicis determinatū ē per illud principium duz alterū de altero ut de subiecto predicatur. quecunq̄z de predicato dicuntur omnia de subiecto dicūtur. tale enim predicatū ē in diffinitione subiecti. et ideo dat subiecto et nomen et rōnem sicut in phisicis ostensum ē. Ea uero que sunt de numero eorum directo in linea recta predicamentali supposita ut in pluribus neq̄z nomen neq̄z rō predicatur de his quibus insunt subiectis. in abstractis. n. neq̄z nomen predicatur neq̄z ratio quia corpus non ē albedo neq̄z ala grāmatica. In quibusdā vero sicut in concretis nihil prohibet aliquando predicari nomen accidētaliter de subiectis in quibus sunt. rōnem uero diffinitiuaz ipsorum predicari de ipsis ē impossibile. cuius exēplum ē ut albū quod cum in subiecto sit corpore predicatur noīe de subiecto. dicitur. n. uera predicatione accidentali corp' ē albu m ratio uero diffinitiua albi nunquaz predicatur de corpore. huius aūt cā pro certo ē q̄ subiectū hinc et inde non dicitur scd̄z vnam et eandem rōnem. cum. n. quod ē de subiecto dicatur dare nomen ⁊ rōnem sbo. dicitur subiectū in recta linea scd̄m predicabilium eēntialium ordinē suppositū. cū aūt dicitur q̄ ea que sunt in subiecto non dant rōnem suam subiecto. quamuis aliquādo dēt nomen non dicitur subiectum in linea predicabilium substantialiter suppositum sed dicitur subiectum ens in se perfectuz et ocasio et aliquo mō cā alterꝰ a sba existendi in ipso. ut dicit auicenna. Et quia non eodem modo

dicitur subiectum non est mirabile si diver
so modo predicatur. Videtur tamen incon
ueniens quod dicitur. si loco nominis po
natur diffinitio. quod facere licet ut docet
aristotiles in topicis. tunc uidebitur quod
de necessitate tale predicatum subiecto suo
dat nomen et rationem. si enim dicatur cor
pus est album et album est coloratum disgregatiuum
visus uidetur sequi quod corpus sit coloratum
disgregatiuum uisus. Ad hoc autem qui
dam respondere nituntur quod accidens rationem
non habet et quod rationem diffinitiuam sibi dare
non potest. Quod autem rationem non ha
beat nituntur probare per aristotilem in sep
timo prime philosophie qui uidetur hoc idem
dicere et probare quia in diffinitione acciden
tis precipue per denominationem predica
ti cadit subiectum. est enim album corpus albe
dine coloratum et hic diffinitur tale accidens
quod oportet quod per accidens sibi essentiale.
diffiniatur sicut album per coloratum. Si
ergo in intellectu albi est corpus propter hoc
quod accidentis esse est in esse. oportet etiam quod
in colorato intelligatur corpus per eandem
rationem et adhuc tertio intelligatur in eo
quod dicitur uisus disgregatiuum. quia etiam
hoc est accidens. et sic corpus album erit cor
pus coloratum et corpus uisus disgregatiuum
talis autem diffinitio in qua idem multoti
ens dicitur nulla est. nulla ergo est diffinitio
accidentis. Sed ista solutio contra aristo
tilem est. quia aristotiles dicit aliquando no
mine. nunquam autem de quo est sed cui in
est predicatur ratione. et sic supponit acciden
s habere rationem. Dicens ergo quod acciden
s de subiecto cui inest non predicatur ratione
quia non habet rationem est contra aristoti
lem. Adhuc autem in primo topicorum
dicit quod albedine posita siquis dixerit quod po
situm est colorem esse quid est dicit et qui dixe
rit quod positum est colorem diffusiuum in clara
superficie esse. quid dicit albedinis per dif
finitionem. Vel si dixerit album esse colora
tum disgregatiuum uisus dicit diffinitionem
albi per causam datam. et hec sunt rationes
diffinitiue. Dicendum ergo secundum
doctrinam aristotilis quod accidens habet ra
tionem et si non habet rationem secundum
perfectam rationem diffinitionis sicut sub
stantia. diffinitio autem accidentis sumitur ex
principiis subiecti que sunt causa accidentis.
et sic accidens et inest subiecto et demonstra
tur de subiecto per causam quam dicit acci
dentis diffinitio. quando autem dicit aristo
tiles quod accidens nomine predicatur aliquan
do. nunquam autem ratione. intelligit quod
nihil predicatur ratione. nisi quod rationem
suam dat subiecto sed dat nomen. quod scili

cet sicut nomen dicitur id quod esse essentiale
subiecto. ita et ratio illius nominis dicat om
nia que sunt in subiecto essentialia. ita quod
nihil ponatur in ratione quod non sit de es
sentia subiecti aut sicut potentia aut sicut ac
tus. Sic autem accidens et si nomen det.
